JACOBI GRETSERI

E Societate Jesu

EXERCITATIO GRAMMATICA

In primam Concionem De Precatione

D. JO. CHRYSOSTOMI

Cum Interpretatione latina

JACOBI PONTANI

Ex eadem Societate

NUNC PRIMUM

Seorsim ab Institutionibus Grammaticis edita

Ad usum Collegii Romani.

ROMÆ, Typis Bernabò, & Lazzarini, 1748.

Præsidum facultate.

IMPRIMATUR,
Si videbitur Rmo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

F. M. de Rubeis Archiep. Tarſi Vicesg.

IMPRIMATUR.
Fr. Aloyſius Nicolaus Ridolfi Ord. Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

ΠΕΡΙ ΠΡΟΣΕΥΧΗΣ

Λόγος ά.

ΑΜφοτέρων ἕνεκα προσήκει τὰς τοῦ Θεοῦ θεράποντας μακαρίζειν καὶ θαυμάζειν, ὅτι τοῦ ἐλπίδα τῆς σωτηρίας ἐν ταῖς ἁγίαις εἶχον εὐχαῖς, καὶ ὅτι γραφῇ φυλάξαντες τοὺς ὕμνους, καὶ τὰς λατρείας, ἃς τῷ Θεῷ σὺν χαρᾷ καὶ φόβῳ προσέφερον, καὶ εἰς ἡμᾶς διέδωκαν τὸν ἑαυτῶν θησαυρὸν, ἵνα πρὸς τὴν οἰκείαν ζῆλον πᾶν τὸ ἐπιγινόμενον ἐπισπάσασθαι δυνηθῶσιν.

D. JOANNIS CHRYSOSTOMI
DE SACRIS PRECIBUS
ORATIO PRIMA.

INTERPRETATIO AD VERBUM.

Utrorumque gratiâ convenit Dei famulos beatificare & admirari, quod ſpem ſalutis in ſanctis habuerunt precibus; & quod ſcripto cuſtodientes hymnos & cultus, quos Deo cum gaudio & timore adferebant, & ad nos tranſmiſerunt ſuum theſaurum, ut ad proprium zelum omnem poſteritatem trahere poſſent.

INTERPRETATIO JACOBI PONTANI.

Duabus de cauſis æquum eſt beatos pronunciare, & admiratione afficere Dei ſervos; quando & ſalutis ſuæ fiduciam in divinis precationibus poſuerunt, & hymnos at-

atque cultus, quos æterno Numini adhibere cum exultatione ac tremore consueverant, literis custoditos, ad nos velut thesaurum suum transmittentes, posteritatem omnem ad imitationem sui convertere studuerunt.

ADNOTATIONES.

Ἀμφοτέρων] genit. plur. Masc. est ἀμφότερος, fœm. ἀμφοτέρα, neu. ἀμφότερον, ut ὁ λόγος, ἡ μεσόα, τὸ ξύλον: *uterque, utraque, utrumque*. Hinc verbum ἀμφοτερίζω, *in utramque partem inclino*. ὁ ϗ ἡ ἀμφοτεροδέξιος, *ambidexter*.

ἕνεκα] adverb. *propter, gratiâ, caussâ*, regit genitivum. Poetice εἵνεκα, οὕνεκα, ὥνεκα.

προσήκει] *convenit, par est, decet*, verbum impersonale. Porro ut a latinis personalibus, *convenio, competo, confero, conduco*, &

ſimilibus formantur impersonalia, *convenit*, *competit*, *confert*, *conducit*, ſic a Græco personali προσήκω, *attineo*, *pertineo*, formatur impersonale προσήκει, *convenit*, quod D. Chryſoſtomus in hac oratione ſæpe repetit. Componitur προσήκω a præpoſit. πρὸς & ἥκω, *venio*, ſecundæ conjugationis barytonæ. Fut. ἥξω. Qua notione, uſurpatur etiam ἵκω, fut. ἵξω, a quo ſumit ſua tempora ἱκνοῦμαι. Participium verbi προσήκει eſt προσῆκον, *decorum*, *id quod decet*, *officium*. κατὰ τὸ προσῆκον, *ut decet*, *ut par eſt*. παρὰ τὸ προσῆκον, *præter decorum*. τὸ προσῆκον ἡμῖν ποιεῖν, *facere*, *quod noſtri eſt officii*.

τοὺς] artic. præpoſitivus maſcul. accuſ. pluralis.

τῶν] itidem artic. maſcul. genit. ſing.

Θεῶν] genit. ſing. ὁ Θεὸς, *Deus*, ut

ut ὁ λόγος. θεὰ, *Dea*, ut ἡ μῦσα.

θεράποντας] accusat. plur. quintæ simplic. ὁ θεράπων, *famulus*, *minister*, interdum *cultor*, ut θεράπων μυσῶν, *cultor musarum*. Genit. τῦ θεράποντος. Hinc fœm. θεράπαινα, *famula*, & θεραπαινὶς, τῆς θεραπαινίδος.

μακαρίζειν] infin. a μακαρίζω, quartæ conjug. baryt. *beatum prædico*, *beatifico*. Futur. μακαρίσω, atticè μακαριῶ. Aorist. 1. ἐμακάρισα. Præter. act. μεμακάρικα, pass. μεμακάρισμαι. Hinc μακαρισμὸς, *beatitudo*. ὀκτὼ μακαρισμοὶ, *octo beatitudines*. ὁ καὶ ἡ μάκαρ seu μάκαρς, *beatus*, τῦ μάκαρος, seu μάκαρτος. ἡ μακαριότης, *beatitudo*, τὸ μακαριότητος.

καὶ] &, conjunct. copul. nusquam non obvia.

θαυμάζειν] infinit. præsens quartæ baryton. a θαυμάζω, *miror*, *admi-*

miror. Fut. θαυμάσω. Aor. 1. ἐθαύμασα. Præt. act. πεθαύμακα, mutato θ præsentis in tenuem τ. τὸ θαῦμα, τῦ θαύματος, *mirum*, *admiratio*. ἡ θαυμασιότης, *admirabilitas*. ὁ θαυμαστὸς, *admirabilis*. Regit autem θαυμάζω genit. Sed hic & alias sæpe accusativum.

ὅτι] *quod*, conjunctio.

τὴν] art. fœm. præpos.

ἐλπίδα] accusat. sing. a recto ἡ ἐλπὶς, τῆς ἐλπίδος, *spes*, quintæ simp. Accus. exit in α, τὴν ἐλπίδα. ἐλπίζω, *spero*. ἀπελπίζω, *despero*. ὁ εὖ ἡ εὐελπις, εὐέλπιδος, *qui bene sperat*, *bona spe fretus*.

σωτηρίας] genit. sing. secundæ simp. desinit in ας, quia rectus ἡ σωτηρία, *salus*, in α purum exit. ὁ σωτὴρ, *salvator*, τῦ σωτῆρος. Vocat. ὦ σῶτερ. Verbum sive Thema est σῴζω, *servo*, *salvo*, de quo infra. σῶτρον, *pretium conservationis*

nis & ſalvationis, ſicut λύτρον, *pretium liberationis*.

ἐν] *in*, præpoſ. regit dativum.

ἁγίαις] dat. plur. ſecundæ ſimp. ὁ ἅγιος, ἡ ἁγία, τὸ ἅγιον, *ſanctus*. Fœm. deſinit in α, quia maſc. exit in ος purum. ἁγιάζω, *ſanctifico*, quartæ baryt. ἡ ἁγιότης, *ſanctitas*, τὸ ἁγιότητος.

εἶχον] aoriſt. 2. vel imperf. a verbo ἔχω, *habeo*. Augetur per ει, ut & alia nonnulla verba.

εὐχαῖς] dativus plur. ut τιμαῖς. Rectus, ἡ εὐχὴ, *oratio*, *precatio*, *votum*. εὔχομαι, *oro*, *opto*. εὐκτὸς, εὐκταῖος, *optabilis*. εὐκτήριον, *ſacrarium*, *oratorium*, *locus ad precandum deſtinatus*.

γραφῇ] dat. ſing. ut τιμῇ, a γραφὴ, *ſcriptura*. ἁγία γραφὴ, *ſacra Scriptura*. γράφω, *ſcribo*. Fut. γράψω, *ſcribam*, primæ baryt. Præt. act. & med. γέγραφα, inde ablato aug-

augmento & α in η mutato, fit γραφὴ, nam a præter. med. formantur verbalia.

φυλάξαντες] aoriſt. 1. partic. a φυλάττω, *ſervo, cuſtodio*, quartæ baryt. Futur. φυλάξω. Aor. 1. ἐφύλαξα. Præt. act. πεφύλαχα, paſs. πεφύλαγμαι. Hinc φύλαγμα, *id quod cuſtoditur*. ὁ φύλαξ, τῦ φύλακος, *cuſtos*. ἡ φυλακὴ, *carcer, cuſtodia*. Communiter dicitur φυλάσσω, ſed Attici σ in ττ mutant.

ὕμνους] ut τὺς λόγους, tertiæ ſimplicium; ὁ ὕμνος, *hymnus, laus, celebratio*. Quæ hymni ſit natura & finitio explicat Pontanus noſter lib. 2. Inſtitut. poet. cap. 31. ὑμνέω, *laudo, celebro*. Futur. ὑμνήσω, ut φιλέω, φιλήσω.

λαξ εἰας] accuſat. plur. ſecundæ ſimp. ἡ λαξεία, quod hic *cultum divinum, ſolique Deo debitum* ſignificat, quæ notio frequens eſt apud

apud Theologos, quamvis generali significatu idem sit quod *servitus*. Verbum λατρεύω, *servio*, sextæ barytonor. Futur. λατρεύσω. ὁ λάτρης, *famulus*, *servus*, *cultor*, primæ simplic. ἡ λάτρεις, λάτριος, *famula*, *cultrix*, secundæ contractorum.

σὺν] præpositi. regit dativum. Atticè ξύν.

χαρᾷ] dativ. sing. secundæ simp. ἡ χαρὰ, *gaudium*. χαίρω, *gaudeo*. Præt. med. κέχαρα. Hinc χαρά; nam a præter. medio fiunt etiam verbalia in α.

φόβῳ] dativ. sing. tertiæ simp. ὁ φόβος, *timor*, *metus*. φοβέομαι, *timeo*, *metuo*. Fut. med. φοβήσομαι. φοβερὸς, *terribilis*, *metuendus*.

προσέφερον] imperf. a προσφέρω, *adfero*, compos. a πρὸς & φέρω, *fero*. ἡ προσφορὰ, *oblatio*. ὁ ϗ ἡ πρόσφορος, *commodus*, *aptus*, *utilis*.

προσ-

προσφόρως, *commode, utiliter.*

εἰς] *in*, præpoſ. regit accuſ. Hic ſignificat Ad. εἰς ἡμᾶς, *ad nos*. Dicitur etiam ἐς.

ἡμᾶς] accuſ. plur. a nominativo ἐγώ.

διέδωκαν] aoriſt. 1. act. a παραδίδωμι, *diſtribuo, tranſmitto, trado.* οἱ ἅγιοι πατέρες διέδωκαν εἰς ἡμᾶς τοῦτο τὸ δόγμα. *Sancti Patres tradiderunt nobis*, vel, *tranſmiſerunt ad nos hoc dogma*. Eſt autem tertiæ conjugationis verborum in μι, & componitur ex præpoſ. διὰ, cujus ſunt variæ ſignificationes tam intra, quam extra compoſitionem, & a verbo δίδωμι, *do*. Fut. δώσω, παραδώσω. Aor. 1. ἔδωκα, διέδωκα, per κ. Hinc διδοσις, *traditio, quæ per manus fit*.

ἑαυτῶν] genit. plur. pronomen compoſit. caret nominativo ſing. in genitivo ἑαυτοῦ, αὐτοῦ, in plurali

ἑαυ-

ἑαυτῷ, & σφῶν αὐτῷ, eſtque omnium perſonarum.

θησαυρὸν] ut τὸν λόγον. ὁ θησαυρὸς, *theſaurus*. θησαυρίζω, *theſaurizo*, *theſauros colligo*.

ἵνα] *ut*, conjunctio.

πρὸς] *ad*, præpoſ. Quos caſus regat, & qua ſignificatione, vide in lib. 2. cap. 18. Inſtit. linguæ græcæ.

οἰκεῖον] ut τὸν λόγον. Rectus, ὁ οἰκεῖος, *domeſticus*, *familiaris*, adjectivum ab οἶκος, *domus*. Hic ſignificat *proprium*, *ſuum*: *ut poſteros ad ſuum ſeu proprium zelum ſeu ardorem incitarent*.

ζῆλον] ut τὸν λόγον. ὁ ζῆλος, *zelus*, *æmulatio*. ζηλόω, ut δηλόω, *æmulor*, *ſuſpicio*. Futur. ζηλώσω. Aor. 1. ἐζήλωσα. Accipitur in bonam & malam partem, ut & *zelus*, quæ vox aliquando invidiam ſignificat. ὁ ζηλωτὸς, *æmulandus*, *ſuſpiciendus*. Formatur ζηλωτὸς a ter-

tia perf. præter. paſs. ἐζήλωμαι, ἐζήλωσαι, ἐζήλωται.

πᾶν] *omne*, generis neutri. πᾶς, παντὸς, πᾶσα, πᾶν. Compoſ. ἅπας, σύμπας, *omnis*, *univerſus*.

ἐπιγινόμενον] partic. præſent. tempor. ab ἐπιγίγνομαι, ſeu ἐπιγίνομαι, quaſi dicas, *poſt naſcor*, ſeu *ſupernaſcor*, *poſtea exiſto*. Unde οἱ ἐπιγινόμενοι, *poſt nati*, ſeu *poſteri*. Et τὸ ἐπιγινόμενον, *quod poſtea naſcitur*, uno verbo, *poſteri*, ſeu *poſteritas*; uſurpant enim Græci concreta neutra pro abſtractis. Sic τὸ νέον pro ἡ νεότης, *juventus*: τὸ εὐσεβὲς pro ἡ εὐσέβεια, *pietas*, & id genus alia. Componitur verbum illud ex præpoſit. ἐπὶ & γίγνομαι, ſeu γίνομαι.

ἐπισπάσασθαι] aor. 1. infin. verb. med. ut τύψασθαι, ab ἐπισπάω, *attraho*, *torqueo*, *circumvolvo*. Componitur ab ἐπὶ & σπάω. Fut. σπάσω.

Aor.

Aor. 1. ἔσπασα. Præt. ἔσπακα, ἔσσπασμαι. Hinc σπασμός. Aor. 2. ἔσπον habet enim hunc Aoriſtum.

δυνηθῶσι] tertia perſ. aoriſt. 1. paſs. conjunct. modi, a deponenti verbo δύναμαι, *poſſum*, *valeo*, ſecundæ conjugationis verborum in μι. Fit autem tempus illud quaſi a δυνάω, δυνήσω, δεδύνηκα, δεδύνημαι. Aor. 1. valde uſitatus, ἐδυνήθην, ſeu ἠδυνήθην, *potui*, *valui*. Aor. 1. conjunct. ἐὰν δυνηθῶ, ut τυφθῶ, *ſi valuero*, plur. ἐὰν δυνηθῶσι. Sunt autem apud Græcos, ut & apud Latinos multa verba terminatione quidem paſſiva, at ſignificatione activa, & ex his unum etiam eſt δύναμαι, cujus verbale, ἡ δύναμις, τῆς δυνάμεως, *potentia*, *virtus*. ὁ δυνάστης, *Dynaſta*, *Princeps*.

Διαβαίνειν γὰρ προσήκει τὸν τῶν διδασκάλων ἐπὶ τοὺς ὁμιλοῦντας τρόπον,

καὶ τοὺς τῶν προφητῶν μαθητὰς μιμητὰς προσήκει φαίνεσθαι τῆς ἐκείνων δικαιοσύνης· ἵνα πάντα τὸν χρόνον ταῖς προσευχαῖς καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ λατρείᾳ καὶ μελέτῃ συζῶμεν· τοῦτο ζωὴν, τοῦτο ὑγείαν καὶ πλοῦτον, τοῦτο πέρας ἀγαθῶν εἶναι νομίζοντες, τὸ προσεύχεσθαι τῷ Θεῷ μετὰ καθαρᾶς καὶ ἀδιαφθόρου ψυχῆς.

Tranſire enim convenit Præceptorum ad diſcipulos mores, & Prophetarum diſcipulos imitatores convenit apparere illorum juſtitiæ, ut omni tempore orationibus, & Dei ſervitio, & meditationi convivamus, hoc vitam, hoc ſanitatem, hoc divitias, hoc terminum bonorum eſſe arbitrantes orare Deum cum pura & incorrupta anima.

Magiſtrorum namque mores par eſt in eos immigrare, qui cum illis conſuetudine conjunguntur, Prophetarumque diſcipulos eorumdem ju-

juſtitiam æmulari, ut quam longum eſt ævum noſtrum, ad preces factitandas, colendumque Deum, & ad pietatis exercitationem caſtis atque incorruptis mentibus incumbentes, hanc adeo vitam, hanc incolumitatem, haſce divitias noſtras, hoc extremum bonorum arbitremur.

διαβαίνειν] infin. præſens a διαβαίνω, *tranſeo, pertranſeo*, compoſitum ex διὰ & βαίνω, *vado*. Futur. βήσω a βάω, διαβήσω. Præterit. activ. βέβηκα, διαβέβηκα, *tranſii, pervaſi*.

γὰρ] *enim*, conjunctio.

τὸν τῆς διδασκάλων ξόπον] inter articulum & dictionem, cum qua articulus conſtruitur, eleganter interjiciunt Græci dictionem aliam cum ſuo articulo, ut in allato exemplo vides; & in hoc: τὰ τῆς φίλων κοινὰ, *amicorum omnia com-*

munia, pro τὰ κοινὰ τῶν φίλων. τὰς τῶν φίλων παῖδας, *amicorum liberos*, pro τὰς παῖδας τῶν φίλων. Similia passim in omnibus auctoribus occurrunt, & in hac ipsa Chrysostomi oratione.

διδασκάλων] genit. plur. ὁ διδάσκαλος, *doctor*, a διδάσκω, *doceo*. ἡ διδασκαλία, *doctrina*. τὸ δίδακτρον, *merces, quæ doctori penditur*.

ἐπὶ] præpos. varia habet significata, & varios casus regit.

ὁμιλοῦντας] accus. plur. particip. præsentis temp. ab ὁμιλέω, *versor, conversor, consuetudinem habeo*. Fut. ὁμιλήσω. Præterit. activ. ὡμίληκα. Hinc ὁμιλία, *conversatio, consuetudo, congressus, colloquium*, quod nomen transtulit etiam usus ad conciones & orationes in conventibus recitari solitas, unde Homiliæ sanctorum Patrum. ὁμιλεῖν τῷ διδασκάλῳ, *versari & agere cum*

cum præceptore. Nam verba conversandi dativum regunt. ὁ ὁμιλητὴς, *discipulus*, *familiaris*.

τρόπον] ὁ τρόπος, tertiæ simplic. significat *morem* seu *mores*, à τρέπω, *verto*, *muto*, primæ conjugat. baryton. Præter. med. τέτροπα, nam dissyllaba, quæ in futuro habent ε, mutant illud in præterito medio in ο. Hinc verbale, τροπὴ, *conversio*, & ὁ τρόπος, *mos*, & latine, *tropus* apud Grammaticos & Rhetores.

προφητῶν] genit. plur. primæ simpl. ὁ προφήτης, *Propheta*, vocativo ὦ προφῆτα. Fit à πρόφημι, *prædico*, *prophetizo*, compos. ex πρὸ & φημὶ. ἡ προφῆτις, τῆ προφήτιδος, *fœmina fatidica*, *prophetissa*. Formantur enim a masculinis substantivis etiam fœminina substantiva.

μαθητὰς] accusat. plur. primæ simpl. ὁ μαθητὴς, *discipulus*, a μανθάνω *disco*, ut latine, *discipulus* a *disco*.

μι-

μιμητὰς] accuſ.plur.primæ ſimpl. ὁ μιμητὴς, *imitator*, a verbo μιμέομαι, *imitor*, primæ conjugat. circumflex. quod accuſativum regit. Hinc latine mimus, pantomimus, *hiſtrio, geſticulator, omniumque ridiculus imitator*. ἡ μίμησις, τῆ μιμήσεως, *imitatio*. ἡ μιμῶ, τῆς μιμόος μιμοῦς, quartæ declinationis contract. *ſimia*. Appellatur hoc nomine, quod actiones hominis imitetur.

φαίνεσθαι] infin. præſens, paſs. vocis vel mediæ, a φαίνομαι, *videor, appareo*. Act. eſt. φαίνω, cujus varia ſunt ſignificata. Futur. φανῶ. Præter. act. πέφαγκα, paſſ. πέφαμμαι.

ἐκείνων] gen. plur. ut τῆς λόγων. ἐκεῖνος, ἐκείνη, ἐκεῖνο, *ille*, pronomen demonſtrativum.

δικαιοσύνης] ut τῆ τιμῆς. ἡ δικαιοσύνη, *juſtitia*. ὁ δίκαιος, ἡ δικαία, τὸ

τὸ δίκαιον, *justus*. Compar. ὁ δικαιότερος, ἡ δικαιοτέρα, τὸ δικαιότερον, per ο, non per ω.

χρόνον] ὁ χρόνος, *tempus*, tertiæ simp. ὁ χρονικὸς, *temporalis*, *ad tempus pertinens*. τὰ χρονικὰ, libri, ubi annotatur, quo tempore quidque gestum sit.

προσευχαῖς] ut τιμαῖς, dat. plur. ἡ προσευχὴ, idem quod εὐχὴ, *oratio*, *precatio*.

μελέτῃ] ut τιμῇ. ἡ μελέτη, *meditatio*, *cura*, *exercitatio*, *studium*. Tritum est illud unius ex septem Sapientibus: μελέτη τὸ πᾶν, *exercitatio* (*est*) *omnia*. μελετάω, *meditor*, ut τιμάω. Fut. μελετήσω.

συζῶμεν] præsentis temp. conjunct. modi a verbo συζάω, ex σὺν & ζάω, *vivo*; ad verbum, *convivo*, *simul vivo*. Futur. ζήσω, συζήσω. Aor. 1. ἔζησα, συνέζησα. Præt. συνέζηκα. Construitur autem verbum

συ-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

συζῶμεν hic cum dativo vi præpoſitionis. Porro ut Græci in compoſitione ſuas præpoſitiones varie mutant, ita & Latini ſuas. Hinc *colligo*, *colludo*, *corrado*; pro *conligo*, &c. *comedo*, *combibo*, *compono*, pro *conedo*, &c. *trajicio*, *trano*, *trado*, pro *transjicio* &c. *pelluceo*, pro *perluceo*; *immitto*, *illigo*, pro *inmitto*, &c. *offundo*, pro *obfundo*; *accurro*, *affero*, & ſic in cæteris.

τῦτο] pronomen demonſtrativum. ὅτος, ἄυτη, τῦτο, *hic*, *hæc*, *hoc*.

ζωὴν] ἡ ζωὴ, *vita*, ſecundæ ſimp.

ὑγείαν] ut τὴν μῦσαν. ἡ ὑγεία, *ſanitas*, dicitur etiam ὑγίεια. ὁ καὶ ἡ ὑγιὴς, καὶ τὸ ὑγιὲς, *ſanus*. Accuſat. τὸν ὑγιᾶ. ὑγιαίνω, *ſanus ſum*, quintæ conjug. barytonorum.

πλῦτον] ut τὸν λόγον. ὁ πλῦτος, *divitiæ*. πλυτέω, *dives ſum*. Fut. πλυτήσω, ut φιλέω, φιλήσω. ὁ πλύ-

σιος,

σιος, *dives*. πλουσίως, *opulenter*, *abunde*. ὁ πλοῦτος, *Plutus*, *Deus divitiarum*, item, *divitiæ*.

πέρας] *finis*, *terminus* gen. neut. ut τὸ κρέας, quintæ decl. contract. τοῦ πέρατος, πέραως, πέρως.

ἀγαθῶν] ut τῷ ξύλων. τὸ ἀγαθόν, *bonum*. ὁ ἀγαθὸς, *bonus*. Comparat. ἀρείων, βελτίων.

εἶναι] infinitivus præsens ab εἰμὶ, *sum*.

νομίζοντες] particip. præsentis temporis a νομίζω, *puto*, *arbitror*, quartæ conjug. baryt. Fut. νομίσω, attice νομιῶ. Præterit. νενόμικα, pass. νενόμισμαι. Hinc νόμισμα, *numisma*, quod Principis aut Magistratus arbitrio ita cusum sit & signatum.

τὸ προσεύχεσθαι] infin. cum articulo supplet vicem nominis. Nam τὸ προσεύχεσθαι idem est ac ἡ προσευχὴ, *oratio*. Componitur a πρὸς & εὔ-

& εὔχομαι, *oro*, *precor*. Fut. med. εὔξομαι. Imperf. εὐχόμην, attice ἠυχόμην, mutant enim Attici ευ in ηυ. Regit autem προσεύχομαι, ut & ſimplex εὔχομαι dativum. εὔχε τῷ Θεῷ ὑπὲρ ἐμοῦ, *precare Deum pro me*.

μετὰ] præpoſ. variam habet ſignificationem & conſtructionem.

καθαρᾶς] genit. ſing. ſecundæ ſimpl. καθαρὸς, *purus*, ἡ καθαρὰ, non καθαρὴ, τὸ καθαρόν.

ἀδιαφθόρου] ut τοῦ λόγου. ὁ ἢ ἡ ἀδιάφθορος, ἢ τὸ ἀδιάφθορον, *incorruptus*. Sub una terminatione comprehendit duo genera, quippe compoſitum, immo decompoſitum, ex privativa particula α & διὰ & φθόρος, *corruptio*. Verbum eſt φθείρω, quintæ conjugationis baryt. διαφθείρω, *corrumpo*. Futur. φθερῶ. Aor. 1. ἔφθειρα. Præterit. act. ἔφθαρκα. Præter. med. ἔφθορα. Hinc φθορὰ, & φθό-

& φθόρος, & ὁ καὶ ἡ ἀδιάφθορος.

ψυχῆς] ἡ ψυχὴ, *anima*, ſecundæ ſimp. ὁ ψυχικὸς, *animalis*.

ὥσπερ γὰρ τῷ σώματι φῶς, ἥλιος, οὕτω τῇ ψυχῇ ἡ προσευχή. εἰ ἔν τυφλῷ ζημία τὸ μὴ ὁρᾶν τὸν ἥλιον, πόση ζημία χειστιανῷ τὸ μὴ προσεύχεσθαι συνεχῶς, καὶ διὰ τ εὐχῆς τὸ τῦ Χριστῦ φῶς εἰς τὴν ψυχὴν εἰσάγειν; καί τοι τίς οὐκ ἂν ἐκπλαγείη καὶ θαυμάσειε τὴν τῦ Θεῦ φιλανθρωπίαν, ἣν εἰς ἡμᾶς ἐπιδείκνυται, τοσαύτην τιμὴν ἀνθρώποις χαριζόμενος, ὡς καὶ προσευχῆς ἀξιῶσαι καὶ ὁμιλίας τ ἑαυτῦ; Θεῷ γὰρ ἀληθῶς λαλῦμεν τῷ καιρῷ τ προσευχῆς, δι' ἧς καὶ τοῖς ἀγγέλοις συναπτόμεθα, καὶ τὴν πρὸς τὰ ἄλογα κοινωνίαν πολὺ φαινόμεθα διαφεύγοντες.

Quemadmodum enim corpori lux, Sol (eſt), ſic animæ oratio. Si igitur cæco pœna non videre Solem, quanta pœna chriſtiano (erit)

non orare assidue & per orationem Christi lumen in animam inducere? Atqui quis non obstupescat & admiretur Dei humanitatem, quam in nos ostendit, tantum honorem hominibus donans, ut & oratione dignetur (illos) & conversatione sua? Deo enim vere loquimur tempore orationis, per quam & Angelis copulamur, & ad irrationalia communionem multum videmur effugientes.

Etenim perinde ut Sol iste luminibus suis corpora, ita animos suo quodam lumine vestit oratio. Quare si oculis capto supplicium est Solem videre non posse, quanto tandem gravius malum homini christiano non precari assidue, & ita Christi lace vacantem circumferre animum, fore putabimus? Bonitas porro Dei, cum genus humanum tanta gloria impertivit, ut ab eo ado-

adorari, utque ſecum habere commercium velit, quem noſtrum, quæſo, in admirationem ſtuporemque non conjiciat? Omnino enim cum Deo loquimur, quoties nos precibus dedimus, qua item ratione a natura belluarum longius recedentes, Angelis exæquamur.

ὥσπερ] *quemadmodum*, adverb.

σώματι] τὸ σῶμα, τοῦ σώματος, *corpus*, quintæ ſimpl. ὁ σωματικὸς, *corporeus*.

φῶς] gen. neutri, τοῦ φωτὸς, *lux, lumen*, quintæ ſimplicium.

ἥλιος] ut ὁ λόγος, *Sol*. ἡλιακὸς, *ſolaris*, quod adjectivum infra occurrit.

οὕτω] *ſic*, adverbium. Sequente vocali additur ς, οὕτως, quamvis id non ſemper obſervetur.

εἰ] conjunctio, a qua nata videtur latina, *ſi*, leni ſpiritu in ſ mutato.

ἔν] *igitur*, conjunctio.

τυφλῷ] ut τῷ λόγῳ. ὁ τυφλὸς, *cæcus*. ἡ τυφλότης, *cæcitas*. τυφλόω, *excæco*, ut δηλόω. ἡ τύφλωσις, *excæcatio*.

ζημία] *mulcta*, *pœna*, ſecundæ ſimplicium.

τὸ μὴ ὁρᾷν] iterum ſubit infinitivus cum articulo vicem nominis.

μὴ] adverb. negandi, *non*.

ὁρᾷν] infin. præſens, ut τιμᾷν. ἑράω, *video*, ὁράσω, ὥρακα, ἑώρακα.

πόσῃ] fœm. a πόσος, *quantus*? interrogative.

συνεχῶς] adverb. *continuo*, *aſſidue*. Adjectivum ὁ ἡ συνεχής, τὸ συνεχὲς, *continuus*, primæ contractorum. ἡ συνέχεια, *continuatio*, *connexio*.

διὰ] cum genit. ſignificat *per*.

εἰσάγειν] infin. præſens, ab εἰσάγω, *introduco*. Componitur ex præpoſit. εἰς & ἄγω. Fut. ἄξω. Aor. 2. ἤγον

ἦγον & epentheſi ἤγαγον.

τίς] *quis*, *quæ*, τί, *quid*, ſeu *quod*? interrogativum; & infinitum, *aliquis*, *aliqua*, *aliquod*. Hic interrogatio eſt, quintæ ſimplicium.

οὐκ] adverbium negandi. οὐκ dicitur, ſi ſequatur vocalis, ut hic; aut diphthongus. οὐ ſi ſequatur conſonans, caretque accentu, ſi non accipiat ab enclitica.

ἄν] vocula hæc multi uſus & nitoris eſt in græca lingua.

ἐκπλαγείη] aor. 2. optat. modi, verbi paſſ. ab ἐκπλήττομαι, vel ἐκπλήσσομαι, *obſtupeſco*, *attonitus ſum*, *ſtupore percellor*. Activum eſt ἐκπλήσσω, *percello*, *perterrefacio*, compoſitum ab ἐκ & πλήττω, quartæ conjugat. Futur. πλήξω, ἐκπλήξω. Aor. 1. ἐξέπληξα. Aor. 2. ἔπλαγον, η mutato in α, ἐξέπλαγον, habetque characteriſticam γ. Aor. 2. paſſ. ἐπλάγην, ἐξεπλάγην.

Aor. 2. opt. πλαγείην, ἐκπλαγείην, ἐκπλαγείης, ἐκπλαγείη.

Φιλανθρωπίαν] ſecundæ ſimpl. ἡ φιλανθρωπία, *humanitas*. ὁ καὶ ἡ φιλάνθρωπος, *humanus*. φιλανθρώπως, *humaniter*.

ἣν] art. poſtpoſ. ἧς, ἥ, ὅ.

ἐπιδείκνυται] præſ. temp. indic. mod. verb. paſſ. ſeu med. ab ἐπιδείκνυμι, *oſtendo*. ἐπιδείκνυμαι, idem vel paſſive, *oſtendor*. Compoſ. ab ἐπὶ & δείκνυμι, quartæ conjug. verborum in μί, quod ſua tempora ſumit a δεικνύω & δείκω. Hinc ἐπίδειξις, *demonſtratio*. ἐπιδεικτικὸς λόγος, *oratio demonſtrativa*.

τοσαύτην] ut τὴν τιμήν. τοσοῦτος, *tantus*, τοσαύτη, *tanta*, τοσοῦτο *tantum*. Neutrum non habet ν.

τιμήν] ἡ τιμὴ, *honor*, ſecundæ ſimpl. τιμάω, *honoro*. ὁ καὶ ἡ τίμιος, *honorandus*, *pretioſus*; nam τιμὴ, pre-

pretium quoque & *valorem rei* ſignificat.

χαριζόμενος] partic.præſen.temp. verb. med. a χαρίζομαι, *dono*, *largior*, *gratificor*, *rem gratam facio*. Fut. med. χαρίσομαι. Particip.paſſ. κεχαρισμένος, *gratus*, *acceptus*: unde tritum illud Homeri, ἐμῷ κεχαρισμένε θυμῷ, *meo chare animo*. τὸ χάρισμα, *donum*.

ὡς] regit hic infinitivum. ὡς ἀξιώσαι, ad verbum: *ut dignari*, pro ὡς ἀξιώσῃ, vel ἀξιώσηται.

ἀξιῶσαι] aor. 1. infinit. ut δηλῶσαι, a verbo ἀξιόω, *dignor*, *dignum cenſeo*, item, *puto*, *exiſtimo*. Priori ſignificatione conſtruitur cum genitivo. Paſſivum ἀξιόομαι, *dignus cenſeor*, *dignor* paſſive, ut illud Virgilii: *Conjugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo*. ἡ ἀξία, *dignitas*. κατ' ἀξίαν, *pro dignitate*. ὁ ἄξιος, *dignus*, ἀξία, ἄξιον.

ἄξιον. Regit genitivum . τὸ ἀξίωμα, *dignitas*, *dignatio*, & apud Philosophos Axioma, *pronunciatum certum & evidens*, *& exploratæ veritatis* . ἀξίως, *digne* .

τ̓] art. fœm. præpos. hic postponitur majoris emphasis gratia, plenius enim & sonantius est ὁμιλίας τ̓ ἑαυτῦ, quam τ̓ ὁμιλίας ἑαυτῦ .

ἀληθῶς] *vere*, adverb. ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, τὸ ἀληθὲς, *verus* . ἡ ἀλήθεια, *veritas* . ἀληθεύω, *verax sum* .

λαλῦμεν] ut φιλῦμεν, præs. temp. indic. modi, a λαλέω, *loquor* . λαλήσω, λελάληκα. ὁ λάλος, *loquax*, λάλιτερος, λαλίστατος. Regit hic dativ.

καιρῷ] dat. sing. tertiæ simp. ὁ καιρὸς, *tempus*, *opportunitas* . ἄκαιρος, *importunus* . εὔκαιρος, *opportunus* . εὐκαιρία, *opportunitas* .

ἀγγέλοις] ut τοῖς λόγοις . ὁ ἄγγελος, *Angelus*, *nuncius*, a verbo ἀγγέλλω, *nuncio*, quintæ conjugat.

baryt.

baryt. Fut. ἀγγελῶ. Aor. 1. ἤγγειλα. Compoſ. εὐαγγέλλω, *annuncio, bonum nuncium fero*. εὐαγγέλιον, *Evangelium, bonum nuncium*, item *merces, quæ ob bonum nuncium datur*.

σωαπτόμεθα] paſſ. præſ. indic. modi, ut τυπτόμεθα, a σωάπτομαι, *conjungor, nector, hæreo*, a σὺν & ἅπτομαι, *tango, hæreo, adhæreſco*. Activum ἅπτω, primæ conjug. baryton. Hinc ἀφὴ *tactus, nexus, connexio*. ὁ ἁπτὸς, *tactilis*. τὸ ἁπτὸν, *tactile*.

ἄλογα] ut τὰ ξύλα. ὁ ἄλογος, *rationis expers*. ἄλογον ζῶον, *animal ratione carens*. ἀλογία, *imprudentia*.

κοινωνίαν] τὴν μῆσαν. ἡ κοινωνία *communio, participatio*. ὁ κοινωνὸς, *particeps*. κοινωνὸς τῆ θράσες, *ſocius audaciæ*. κοινωνέω, *particeps ſum*, tertiæ conjug. circumflexorum.

rum. Regit genitivum, ut ſolent nomina & verba participandi.

πολὺ] hic ſupplet vicem adverbii, alias nomen generis neutri. Maſcul. ὁ πολὺς, fœm. ἡ πολλὴ, neut. τὸ πολύ. Comparat. ὁ καὶ ἡ πλείων, καὶ τὸ πλεῖον, ſuperl. πλεῖστος, πλείστη, πλεῖστον.

φαινόμεθα] præſent. temp. ut τυπτόμεθα indic. modi a φαίνω ſeu φαίνομαι, de quo jam ſupra.

διαφεύγοντες] particip. præſentis temporis a διαφεύγω, *effugio*, compoſitum a διὰ & φεύγω, *fugio*, ſecundæ conjugationis baryton. Fut. φεύξω. A præt. med. πέφυγα fit φυγὴ *fuga*.

Ἀγγέλου γὰρ ἔργον ἡ προσευχὴ, ὑπεραίρουσα καὶ τιὼ ἐκείνων ἀξείαν, εἴπερ κρεῖττόν ἐστι τ ἀγγέλων ἀξίας τῷ Θεῷ διαλέγεσθαι. ἀλλ' ὅμως ὅτιγε κρεῖττόν ἐστι, αὐτοὶ διδάσκουσιν ἡμᾶς

σὺν

σὺν πολλῷ μὲν φόβῳ τὰς εὐχὰς προσφέροντες, παρέχοντες δὲ ἡμῖν εἰδέναι καὶ μανθάνειν, ὅτι προσήκει τῷ Θεῷ προσιόντας σὺν χαρᾷ καὶ φόβῳ τοῦτο ποιεῖν· φόβῳ μὲν, δεδοικότας μὴ τῆς προσευχῆς ἀναξίοι φανῶμεν· χαρᾶς δὲ μεστὸς γινομένους ἐπὶ τῷ μεγέθει τῆς τιμῆς, ὅτι τοσαύτης καὶ τοιαύτης προνοίας τὸ θνητὸν ηξιώθη γένος, ὡς καὶ θείας ἀπολαύειν ὁμιλίας σωφρόνως, δι' ἧς καὶ τὸ θνητοὶ εἶναι καὶ πρόσκαιροι διαφεύγομεν, φύσει μὲν ὄντες θνητοὶ, τῇ δὲ πρὸς Θεὸν ὁμιλίᾳ πρὸς ἀθάνατον ζωὴν μεταβαίνοντες . . . . . .

Angelorum enim opus oratio, tranſcendens & ipſorum dignitatem, ſiquidem melius eſt Angelorum dignitate Deo colloqui. Attamen quod melius ſit, ipſimet docent nos, cum multo quidem timore orationes adferentes, præbentes vero nobis ſcire & diſcere, quod par eſt Deo accedentes cum gau-

gaudio & timore hoc facere; timore quidem, veriti ne appareamus indigni orationis, pleni vero gaudii facti, ob magnitudinem honoris, quod tanta & tali providentia mortale dignatum ſit genus, ut & divinæ frueretur converſationis aſſidue, per quam mortales eſſe & caduci effugimus; natura quidem exiſtentes mortales, converſatione vero cum Deo ad immortalem vitam tranſeuntes.

Angelorum enim munus & officium eſt oratio, quæ ipſa illorum quoque præſtantiam vincit, ſi colloqui cum Deo præclarius quiddam, quam pro Angelorum dignitate, cenſendum eſt. Quod quidem ita eſſe, iidem illi nos docent, multo cum timore comprecantes, exemploque nos monentes, ut cum lætitia tremoreque ad ſupremam Majeſtatem accedendum exiſtimemus. Cum tre-

tremore dum veremur, ne parum digni videamur, qui a Deo quidpiam rogitemus; cum lætitia vero ingenti, ob honoris collati amplitudinem. Tanta ſiquidem ac tali cura dignati ſumus, ut vel divina communione continenter frueremur: unde in mancipio atque nexu mortis eſſe deſinimus, pro natura quidem caduci, pro familiaritate autem illa cum conditore, immortales ac ſempiternæ cujuſdam vitæ participes.

ἔργον] ut τὸ ξύλον, *opus, officium, munus.*

ὑπεραίρουσα] partic. fœm. præſ. temp. ab ὑπεραίρω, *extollo, effero,* item *ſupero, excello.* Simplex eſt αἴρω, *tollo,* quintæ conjug. baryt.

εἴπερ] *ſi,* conjunctio. Addi ſolet vocula περ aliis in compoſitione ὅστερ, ἅπερ, ὅπερ, *qui, quæ, quod* per omnes numeros & caſus.

κρεῖττον] comparat. gener.neut. ab ἀγαθὸς, attice pro κρεῖσσον, *melius*. ὁ κρείσσων, *melior*. Conſtruitur cum genitivo, ut & alia nomina comparativa.

διαλέγεσθαι] infinit.præſen. a διαλέγομαι, hic *colloquor*, *loquor*, alias *diſſero*, *diſputo*. Componitur ex διὰ & λέγομαι, cujus activum λέγω, *dico*, ſecundæ baryt. λέξω, λέλεχα, λέλεγμαι, λέλεξαι. Hinc λέξις, *dictio*. λέλεκται, διαλέλεκται, a quo διάλεκτος, διαλεκτικὸς, διαλεκτικὴ, διαλεκτικὸν, & latine dialectica, *ars diſſerendi*. Conſtruitur hic cum dativo: *loqui Deo*, ſeu *colloqui Deo*, pro *colloqui cum Deo*.

ἀλλ' ὅμως] *ſed tamen*, ἀλλὰ & ὅμως. Abjicitur α per apoſtrophum.

ὅτι κρεῖττόν ἐστι] ad verbum: *quod melius eſt*. Nam ὅτι uſitate jungitur cum indicativo. ἐστὶ tertia perſona præſentis ab εἰμὶ rejicit

ſuum

ſuum accentum in ultimam verbi præcedentis, quia eſt encliticum, habetque ante ſe vocabulum properiſpomenon.

διδάσκουσι] præſens, ut τύπτουσι, a διδάσκω, *doceo*.

σὺν πολλῷ φόβῳ] nota, dativis inſtrumenti aut modi frequenter a Græcis præponi præpoſitionem σὺν, quod Latini raro faciunt.

προσφέροντες] particip. præſent. temp. a προσφέρω, de quo ſupra.

παρέχοντες] particip. præſ. temp. a παρέχω, *præbeo*, *porrigo*, a παρὰ & ἔχω. Abjicit præpoſitio ſuum α. Ad normam verbi ἔχω inflectitur παρέχω. Ab hoc deſcendit parochus, quaſi *præbitor*, *largitor*, & parochia.

εἰδέναι] infin. præſ. ut τιθέναι ab εἴδημι, *ſcio*, *novi*, quod formatur ab εἰδέω, ſine reduplicatione, ut ſolent quædam verba in μι. Ab

eodem ſumit quoque ſua tempora, ut & εἶδω. A græco εἰδέω, venit latinum *video*. τὸ εἶδος, *forma*, *ſpecies*, a videndo, ſeu ἀπὸ τῦ εἰδεῖν, ut ſpecies a ſpeciendo, ſeu aſpiciendo. εἰδικὸς, *ſpecialis*. εἰδύλλιον, *Idyllium* cujuſmodi ſcripſit Theocritus & Auſonius.

μαθάνειν] infinit. præſ. a μανθάνω, *diſco*, de quo jam ſuperius, & generatim de verbis in ανω, unde fiant, & unde ſua tempora ſumant, vide cap. 18. Inſt. linguæ græcæ.

προσιόντας] accuſ. plural. *accedentes*, particip. præſent. tempor. vel aoriſt. 2. a πρόσειμι, *accedo*, compoſit. a πρὸς & εἶμι, *vado*. Regit dativum.

ποιεῖν] infinit. præſ. ut φιλεῖν, a ποιέω, *facio*, primæ circumflex. Fut. ποιήσω, πεποίηκα, πεποίημαι. Hinc τὸ ποίημα, *poema*. πεποίησαι. Hinc ποίησις, *poeſis*. πεποίηται.

Hinc

Hinc ποιητὴς, *poeta, factor, creator.*

δεδοικότας] partic. præter. temp. verbi medii; a δείδω *timeo.* Præterit. med. δέδοικα, nam ει mutatur in οι. Partic. ὁ δεδοικὼς, τοῦ δεδοικότος, ἡ δεδοικυῖα, τὸ δεδοικός.

ἀνάξιοι] ut οἱ λόγοι. ὁ ἀνάξιος, *indignus.* Regit genitivum.

φανῶμεν] aor. 2. paſſ. conjunctivi modi, a φαίνω, ſeu φαίνομαι, *videor, appareo.* Aor. 2. ἔφανον, paſſ. ἐφάνην. Conjunct. ἐὰν φανῶ, plur. ἐὰν φανῶμεν.

μεστὰς] ut τὰς λόγας. ὁ μεστὸς, *plenus,* ἡ μεστὴ, τὸ μεστόν. Habet genitivum, quippe nomen copiæ.

γινομένας] partic. præſ. temp. a γίνομαι, ſeu γίγνομαι.

ἐπὶ τῷ μεγέθει] *ſuper magnitudine.* Qua ſignificatione ἐπὶ dativo jungatur, habes in Inſtit. ling. græcæ lib. 2. cap. 18.

τὸ μέγεθος] *magnitudo,* ut τὸ τεῖ-

χος, primæ declinat. contract. ὁ μέγας, *magnus*, ἡ μεγάλη, τὸ μέγα. comparat. ὁ καὶ ἡ μείζων.

τοιαύτης] ut ἡ τιμῆς. τοιοῦτος, τοιαύτη, τοιοῦτο, neutrum ſine ν.

προνοίας] gen. ſing. ſecundæ ſimp. ἡ πρόνοια, *cura*, *providentia*; nam verbalia a nomine νοῦς, ſunt properoxytona. εὔνοια, *benevolentia*. ἔννοια, *notio*, *intelligentia*. ἄνοια, *ſtultitia*. διάνοια, *mens*, *intellectus*.

τὸ θνητὸν] *mortale*. ὁ θνητὸς, *mortalis*. οἱ θνητοὶ, *mortales*. Significat hæc vox abſolute hominem a mortalitate, venitque a θνήσκω, *morior*. Præter. act. τέθνηκα, paſſ. τέθνημαι, τέθνησαι, τέθνηται. Hinc θνητὸς, *mortalis*.

ἠξιώθη] aor. 1. paſſ. ab ἀξιόομαι, *dignus habeor*, de quo ſuperius. Præter. perf. ἠξίωμαι, ἠξίωσαι, ἠξίωται. Hinc ἠξιώθην, ἠξιώθης, ἠξιώθη. Fut. 1. ἀξιωθήσομαι. Regit ge-

genit. utpote verbum dignandi, ſeu æſtimandi. ἠξιώθη μεγάλης τιμῆς, *dignus habitus eſt magno honore*.

γένος] ut τὸ τεῖχος, *genus*. γενικός, *generalis*. γενικῶς, *generaliter*.

θείας] genit. ſing. primæ ſimpl. ὁ θεῖος, *divinus*, ἡ θεῖα, τὸ θεῖον.

ἀπολαύειν] infinit. præſ. ab ἀπολαύω, *fruor*, augetur in medio. Præt. imp. ἀπέλαυον, & ἀπήλαυον. Habet genitiv. & interdum alios caſus.

εἶναι] infin. ab εἰμὶ, *ſum*.

πρόσκαιροι] ut οἱ λόγοι. ὁ ϗ ἡ πρόσκαιρος, *temporarius, caducus, fluxus*.

διαφεύγομεν] ut τύπτομεν, a διαφεύγω, *effugio*, de quo ſupra.

φύσει] dativ. ſing. ſecundæ contract. ἡ φύσις, *natura*, a φύω, *naſcor*, φῦμι, idem. φυσικὸς, *naturalis*. φυσικὴ ἐπιστήμη, *phyſica ſcientia*.

ὄντες] partic. præſen. plur. num. ὁ ὢν, *qui eſt*, τῶ ὄντος, ἡ οὖσα, τὸ ὄν, ab

ab εἰμί. παρὼν, *præsens*. παρόντες, *præsentes*. ἀπόντες, *absentes*.

ἀθάνατον] ὁ ἢ ἡ ἀθάνατος, *immortalis*, ex particula privante α & θάνατος, *mors*. θανατόω, *mortem adfero*, *occido* tertiæ circumflex. θανατφόρος, *lethalis*, *mortiferus*.

μεταβαίνοντες] partic. præsentis temp. a μεταβαίνω, ex μετὰ & βαίνω, de quo supra. ἡ μετάβασις, *transitio*.

Ανάγκη γὰρ τὸ ὁμιλῆσαι Θεῷ, καὶ κρεῖττονα γενέσθαι θανάτου, καὶ πάσης διαφθορᾶς. καὶ ὥσπερ ἀνάγκη πᾶσα τὴν ἡλιακῆς ἀκτῖνος ἀπολαύουσα διαφεύγειν τὸ σκότος, οὕτως ἀνάγκη πᾶσα τὴν θείας ὁμιλίας ἀπολαύουσα, μηκέτι εἶναι θνητόν. αὐτὸ γὰρ τὸ τῆς τιμῆς μέγεθος, πρὸς ἀθανασίαν ἡμᾶς μεθίστησιν. εἰ γὰρ τὰς βασιλεῖ διαλεγομένους καὶ τῆς παρ' ἐκείνου τιμῆς ἀπολαύοντας, ἀμήχανον εἶναι πένητας, πολλῷ μᾶλλον ἀδύνατον τὰς τῷ Θεῷ προσευχομέ-

μένως καὶ λαλοῦντας θνητὰς ἔχειν ψυχάς. θάνατος γὰρ ψυχῆς ἀσέβεια, καὶ βίος παράνομος. ἀνάγκη καὶ ζωὴ ψυχῆς ἡ τοῦ Θεοῦ λατρεία, καὶ βίος ὁ παύτῃ τρέπων.

Neceſſe enim eſt converſantem Deo, & meliorem fieri morte, & omni corruptione, & quemadmodum omnis neceſſitas (eſt) ſolari radio fruentem effugere tenebras, ſic neceſſitas omnis (eſt) divina converſatione perfruentem, non amplius eſſe mortalem. Ipſa enim honoris magnitudo ad immortalitatem nos transfert: Si enim Regi colloquentes, & qui ab ipſo (ſunt) honore fruentes, impoſſibile (eſt) eſſe pauperes: multo magis impoſſibile (eſt) Deo ſupplicantes, & loquentes mortales habere animas. Mors enim animæ impietas, & vita iniqua. Igitur & vita animæ Dei ſervitus (erit) & vita huic conveniens.

Ne-

Neceſſarium quippe eſt cum Deo verſantem & a morte invictum, & a quibuſcumque rebus percuntibus majorem evadere. Atque ut is quem ſolis radii colluſtrant, non poteſt tenebris circumfundi, ſic qui cum cœleſti parente eſt aſſiduus, hunc non amplius mortalem oportet numerari, quandoquidem hujus magnitudo decoris æternitatem nobis muneratur. Quod ſi cum Imperatore ſermones conferre ſolitos, & ab eo honorifice tractatos, nullo modo cum egeſtate videmus conflictari, qui tandem fieri poterit, ut Deo ſupplicantes, & cum eo verba miſcentes, animas letho obnoxias poſſideant, quarum peſtis & interitus eſt impietas & flagitium: contra autem vita, Dei cultus, & cum hoc conſpirans atque conſentiens morum ſanctimonia.

ἀνά-

ἀνάγκη] ut τιμὴ, *neceſſitas*. ἀναγκαῖος, *neceſſarius*. ἀναγκαίως, *neceſſario*. ἀναγκαῖα τῷ βίῳ, *neceſſaria ad victum*. ἀναγκαιότης, *neceſſitudo, & propinquitas generis*.

ὁμιλοῦντα] ut φιλοῦντα, ab ὁμιλέω, de quo ſupra.

γενέσθαι] aor. 2. infin. verbi medii, ut τυπτέσθαι, a γίνομαι. Eſt autem obſervanda forma illa loquendi: κρείττων θανάτου, *melior*, id eſt, *fortior & ſuperior morte*.

πάσης] ut ἧς τιμῆς. πᾶσα.

διαφθορᾶς] genit. ſecundæ ſimp. ἡ διαφθορὰ, *corruptio*, a διαφθείρω, *corrumpo*, de quo ſupra.

ἀκτῖνος] genit. ſingul. quintæ ſimplic. ἡ ἀκτὶν, *radius*.

σκότος] ut τὸ τεῖχος. σκοτεινὸς, *tenebricoſus*.

οὕτως ἀνάγκη πᾶσα] ſubintelligitur verbum ἐστὶ. Ad verbum: *Sic omnis neceſſitas (eſt)*.

μη-

μηκέτι] adverb. *non amplius*, ἐκ ἔτι. Interponitur κ euphoniæ gratia, durum enim eſſet μηέτι.

ἀθανασίαν] ſecundæ ſimplic. ἡ ἀθανασία, *immortalitas*.

μεθίσησι] præſent. temp. indic. modi, tertiæ perſonæ, a μεθίσημι, compoſ. ex μετὰ & ἵσημι, idemque eſt quod *transfero, tranſmuto*. Inde μετάσασις, *translatio*. Fut. μεταστήσω. Aor. 1. μετέστησα. Aor. 2. μετέστην.

ἀμήχανον] *impoſſibile*, ut τὸ ξύλον. ὁ κὴ ἡ ἀμήχανος, *cui nihil ſuppetit ad aliquid agendum*, item, *inexpugnabilis*. ἡ ἀμηχανία, *conſilii inopia*. ἀμηχανέω, *conſilii inops ſum, neſcio quid facto ſit opus*.

πένητας] accuſat. plur. quintæ ſimpl. ὁ πένης, πένητος, *pauper, qui victum labore quærit*. Fœm. πέρνασα, *paupercula*.

πολλῷ μᾶλλον] *multo magis*. Addun-

duntur comparativis particulæ intendentes ſignificationem. Eſt autem μᾶλλον, adverb. compar. gradus. μάλα, *valde*. μᾶλλον, *magis*. μάλιστα, *maxime*.

ἀδύνατον] ut τὸ ξύλον. ὁ ἡ ἀδύνατος, *impoſſibilis, impotens*. ἀδύνατος τοῦτο ποιεῖν, *impotens ad hoc faciendum*. ἔργον ἀδύνατον, *opus impoſſibile*. δυνατὸς, *potens, poſſibilis*.

ἀσέβεια] ſecundæ ſimpl. ὁ ἡ ἀσεβὴς, *impius*, ἡ τὸ ἀσεβές. ὁ ἡ εὐσεβὴς, *pius*, ἡ τὸ εὐσεβές. ἡ εὐσέβεια, *pietas*. εὐσεβέω, *pius ſum*. ἀσεβέω, *impius ſum*.

βίος] ut ὁ λόγος, *vita, victus*. Apud Poetas, βίοτος. βιόω, *vivo*. Fut. βιώσω. κατ' ἀρετὴν βιῶν, *ſecundum virtutem vivere*.

παράνομος] ὁ ἡ, *iniquus, contra legem agens*. ἡ παρανομία, *iniquitas, injuſtitia*. παρανόμως, *inique, injuſte*. παρανομέω, *prævaricor*,

ricor, contra leges facio.

οὐκοῦν] aliquando interrogative usurpatur pro *nonne, atqui, profecto, enimvero,* hic pro *itaque, ergo.*

πρέπων] partic. masc. a πρέπω, primæ conjug. baryt. *decorus* seu *conspicuus sum*. Hinc impersonale πρέπει, *decet*. πρέπον, τοῦ πρέποντος, *decens, decorum*. Construitur hic πρέπων cum dativo. βίος ταύτῃ πρέπων, *vita huic*, nempe divino cultui, *competens*. Nam & πρέπει dativum habet: πρέπει σοι τοῦτο, *hoc te decet*.

Βίον δὲ ὅσιον, καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ λατρείᾳ πρέποντα, προσευχὴ συνάγει, καὶ θησαυρίζει θαυμαστὼς ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς. εἴτε γὰρ παρθενίας τις ἐραστὴς, εἴτε τὴν ἐν γάμῳ σωφροσύνην τιμᾷν ἐσπουδακὼς, εἴτε κρατεῖν ὀργῆς, καὶ πραότητι συζῆν, εἴτε φθόνου καθαρεύειν, εἴτε ἄλλο τι τῶν προσηκον-

των

των ποιεῖν προσευχῆς ἡγουμένης καὶ προλεαινούσης τὴν τοιαύτην ὁδὸν τοῦ βίου, εὐχερῆ τε καὶ ῥᾴδιον ἕξει τὸν τῆς εὐσεβείας δρόμον.

Vitam vero ſanctam, & Dei ſervitio competentem oratio adfert, & theſaurizat mirabiliter animabus noſtris. Sive enim virginitatis quis amator, ſive illam, quæ in nuptiis, temperantiam honorare conatus (ſit) ſive ſuperare iram, & convivere manſuetudini, ſive invidiam expurgare, ſive quid aliud convenientium facere (velit) oratione præeunte, & complanante talem viam vitæ, promptum & facilem habebit pietatis curſum.

Quam ejus conciliatrix oratio tanquam theſaurum in animis noſtris admirabiliter conſtruit: ſive enim virginitatis ac pudicitiæ ſtudio duceris, ſive præfinitam conjugibus temperantiam tenere deſide-

ras, ſive iracundiam compeſcere, & cum manſuetudine rationes habere concupiſcis, ſive invidentiam ejicere, ſive aliud quodcunque honeſtum efficere moliris, hac una præeunte, & ejuſmodi tramitem prius complanante, expeditum utique & facile pietatis curriculum es ingreſſurus.

ὅσιον] ut τὸν λόγον. ὁ ὅσιος, *ſanctus*, ἡ ὁσία, τὸ ὅσιον. ἀνόσιος, *impius*. ὁσιότης, *ſanctitas*, ἡ ὁσιότητος.

συνάγει] tertiæ perſonæ indic. modi, a συνάγω, *colligo, conduco, in unum contraho*, hic *confert, comparat*, compoſ. a σὺν & ἄγω, de quo ſuperius. ἡ σύναξις, ἡ συνάξεως, *conventus, collectio, congregatio*.

θησαυρίζει] tertiæ perſ. quartæ conjug. indic. modi, a θησαυρίζω, *theſaurum colligo*.

ἡμετέραις] ut τιμαῖς. ἡμέτερος, *noſter*,

ſter, pronomen poſſeſſivum.

παρθενίας] ἡ παρθενία, *virginitas*. ἡ παρθένος, *virgo*. ὁ παρθενών, τῦ παρθενῶνος, *locus in quo ſervantur virgines*, *monaſterium virginum*. Dicitur etiam ὁ παρθενεών. παρθενεύω, *virginitatem colo, profiteor*. παρθένειος, παρθένιος, & παρθενικὸς, *virginalis, virgineus*.

τις] amiſit accentum; eſt enim infinitum & encliticum. Nec tamen præcedens dictio παρθενίας accipit accentum, quia eſt paroxytona.

ἐραστὴς] primæ ſimp. ab ἐράω, *amo*. ἐράσω, ἤρακα, ἤρασμαι, ἤρασαι, ἤραστο. Hinc ὁ ἐραστὴς, juxta regulam formandorum verbalium a tertia perfecti paſſivi.

γάμῳ] tertiæ ſimp. ὁ γάμος, *nuptiæ*. ἄγαμος, *cælebs*. δίγαμος, τρίγαμος, *bigamus, trigamus*. γαμέω, *uxorem duco*.

σωφροσύνην] ſecundæ ſimpl. ἡ σωφροσύνη, *temperantia*. ὁ ϗ ἡ σώφρων, τῦ σώφρονος, *temperans*.

τιμᾷν] infin. præſ. a τιμάω, *honoro*.

ἐσπουδακὼς] partic. act. præter. temp. a σπουδάζω, *ſtudeo, enitor, elaboro*. σπουδάσω, ἐσπούδασα, ἐσπούδακα, ἐσπουδακὼς, ἐσπουδακυῖα, ἐσπουδακός. Non repetitur prima conſonans præſentis, quia ε incrementum eſt longum.

κρατεῖν] infin. præſ. temp. ut φιλεῖν, a κρατέω, *vinco, ſupero*. κρατήσω, κεκράτηκα. Regit genitivum. τὸ κράτος, *vis, potentia*.

ὀργῆς] ſecundæ ſimp. ἡ ὀργὴ, *ira*. ὀργίζομαι, *iraſcor*.

πραότητι] dativus quintæ ſimp. ἡ πραότης, *manſuetudo*. ὁ πρᾶος, *mitis*. ὁ πραΰς, ἡ πραεῖα, τὸ πραΰ, idem.

συζῆν] infinit. præſens a συζάω, *ſimul vivo*, de quo ſupra.

φθόνῳ] ὁ φθόνος, *invidia*, tertiæ ſimp.

ſimp. φθονέω, *invideo*, *ut* φιλέω. ὁ φθονερὸς, *invidus*.

καθαρεύειν] infin. præſens a καθαρεύω, *purus ſum*, *pure me gero*. φόνου καθαρεύειν. Plato. *Purgare ſeu mundare ſe a cæde*. Regit genitivũ.

ἄλλο] *aliud*, neutrum ſine ν. ἄλλος, ἄλλη, *alius*, *alia*.

τῷ προσηκόντων] genit. plur. τὸ προσῆκον, *officium*, τῶ προσήκοντος, de quo ſuperius.

προστυχῆς ἡγεμένης] ut nos ablativo abſoluto, ita Græci genitivo abſoluto utuntur. ἡγεμένης, partic. præſent. tempor. verbi medii, ab ἡγέομαι, ἡγοῦμαι, *præeo*, *dux ſum*, item, *exiſtimo*. ὁ ἡγεμὼν, τῶ ἡγεμόνος, *dux*, *præceptor*, *princeps*. ἡγεμονικὸς, *principalis*.

προλευσόσης] partic. præſ. temp. a προλεύνω, *lævigo*, *lævo*, *complano*, compoſ. a præpoſitione πρὸ & λεύνω, quaſi dicas, *prælevigo*, di-

ci-

citur etiam λειαίνω, eadem ſignificatione, & eſt quintæ conjugationis baryt. Futur. λειανῶ, προλειανῶ. Partic. προλειαίνων, προλειαίνουσα, προλειαῖνον. ὁ λεῖος, *lævis, non aſper*. τὸ λεῖον *lævor, lævitas*. ἡ λειότης, ἡ λειότητος, idem.

τλῳ ὁδὸν] tertiæ ſimp. ἡ ὁδὸς, *via*. ὁδεύω, *iter facio*. ὁδηγὸς, *dux viæ*. ὁδηγέω, *ducem viæ me præbeo*.

εὐχερῇ] ὁ ϗ ἡ εὐχερὴς, ϗ τὸ εὐχερὲς, *facilis, obvius*. εὐχερὴς πόνος, *labor facilis*. εὐχέρεια, *facilitas*.

ῥᾴδιον] ὁ ῥᾴδιος, *facilis*. Comp. ῥᾴων, ſuperlat. ῥᾷστος.

ἕξει] fut. ab ἔχω, *habeo*.

δρόμον] ὁ δρόμος, *curſus*. ὁ δρομεὺς, τοῦ δρομέως, *curſor*.

Οὐ γάρ ἐστιν, ὅπ ἔστι τοὺς αἰτοῦντας παρὰ τοῦ Θεοῦ σωφροσύνην, ϗ δικαιοσύνην, ϗ ὠφελίμα ϗ χρηστὰ, μὴ τυγχάνειν τὰ εὐχῆς. αἰτεῖτε γάρ, φησι, ϗ δο-

δοθήσεται ὑμῖν. ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε. κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν. πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν λαμβάνει, καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει, καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται. καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν. τίς ἐστί, φησι, ἐξ ὑμῶν, ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; ἢ ἐὰν ἰχθῦν αἰτήσῃ, μὴ ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ; εἰ οὖν ὑμεῖς πονηροὶ ὄντες, οἴδατε δόματα ἀγαθὰ διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὑμῶν ἐξ οὐρανοῦ δώσει πνεῦμα ἅγιον τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν;

Non enim eſt, non eſt petentes a Deo temperantiam, & juſtitiam, & manſuetudinem, & bonitatem, non conſequi oratione. Petite enim, dicit, & dabitur vobis, quærite & invenietis, pulſate & aperietur vobis, omnis enim petens accipit, & quærens invenit, & pulſanti aperietur. Et alibi iterum: quis eſt, dicit, ex vobis, qui, ſi petat filius ejus panem, num lapidem da-

dabit illi? vel ſi piſcem petat, num ſerpentem dabit illi? Si igitur vos mali exiſtentes, noſtis data bona dare filiis veſtris, quanto magis pater veſter cœleſtis dabit Spiritum ſanctum petentibus ipſum?

Haud enim poſſunt, haud, inquam, poſſunt optatis excidere, qui caſtimoniam, juſtitiam, lenitatem, benignitatem a Deo petere conſueverunt. Petite, ait, & dabitur vobis, quærite & invenietis, pulſate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit, & qui quærit invenit, & pulſanti aperietur. Rurſus alibi. Quis veſtrum eſt, quem ſi rogaverit filius panem, nunquid lapidem dabit illi? aut ſi pietierit piſcem, num ſerpentem dabit illi? Si ergo vos, cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris, quanto magis Pater veſter cœleſtis dabit Spiritum bonum petentibus ſe?

ὁ γὰρ

οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστι] repetitio quasi dicas, *non potest fieri, non potest fieri*. γάρ habet accentum acutum ob encliticam sequentem, & ἔστι post οὐκ habet accentum in prima.

αἰτοῦντας] partic. præsent. tempor. accusat. casus, ab αἰτέω, *peto*. αἰτήσω, ἤτησα, mutatur αι in η. ἡ αἴτησις, *petitio*.

παρὰ] construitur hic cum genitivo, variasque significationes habet.

χρηστότητα] ἡ χρηστότης, *bonitas*, quintæ simpl. ὁ χρηστὸς, *bonus*.

τυγχάνειν] infin. præs. a τυγχάνω, de quo in Grammatica. Jungitur cum genitivo, cum sit hîc verbum consequendi. τυγχάνειν τῆς εὐχῆς, *voti compotem fieri*.

αἰτεῖτε] ut φιλεῖτε, ab αἰτέω, *peto*, imper. modi.

φησι] a φημὶ, de quo supra, & in Grammat. Et est tertiæ personæ in-

indicativi modi, præſ. temp. & caret accentu, quia encliticum.

δοθήσεται] fut. 1. paſſ. a δίδομαι. Activum, δίδωμι, *do*.

ὑμῖν] dat. plur. a pronomine σὺ.

ζητεῖτε] imp. modi, ut φιλεῖτε, a ζητέω, *quæro*. Fut. ζητήσω. ἐζήτησα. ἐζήτηκα. ἐζήτημαι. Hinc τὸ ζήτημα, *quæſitum*, *quæſtio*. ἐζήτησαι. Hinc ἡ ζήτησις, *quæſtio*.

εὑρήσετε] futur. primum activum pluralis numeri, ab εὑρίσκω, *invenio*, quod ſua tempora ſumit ab εὑρέω.

κρούετε] imp. modi, præſ. temp. a κρούω, *pulſo*. Fut. κρούσω. Aor. 1. ἔκρουσα. ἡ κρούσις, *pulſus*, *pulſatio*.

ἀνοιγήσεται] futur. 2. paſſ. verbi ἀνοίγομαι, *aperior*. Activum eſt ἀνοίγω. Aor. 2. paſſ. ἀνέῳγην, *apertus ſum*. Hinc fut. 2. ἀνοιγήσομαι, ἀνοιγήσῃ, ἀνοιγήσεται.

ὁ αἰτῶν] partic. præſ. ut ὁ φιλῶν, ab αἰτέω. λαμ-

λαμβάνει] præſ. indic. modi, a λαμβάνω, *accipio*. Fut. λήψω.

ἀλλαχῆ] adverb. *alibi*, ut & πάλιν, *iterum*. ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτῆ ἄρτον, *quem ſi filius panem poposcerit*. Nam & apud Græcos verba poſcendi duos accuſativos admittunt, ut *flagito te nummos*, αἰτῶ σε ἀργύριον.

λίθον] ὁ λίθος, *lapis*, tertiæ ſimplicium. ὁ λίθινος, *lapideus*.

ἐπιδώσει] tertia perſon. fut. act. ab ἐπιδίδωμι, quod hic eandem habet ſignificationem, quam ſimplex, *do*: alias ſignificat *proficere, creſcere, augmentum accipere*; ad verbum: *do inſuper, præterea do*. Hinc ἐπίδοσιν λαμβάνειν ἐν τῇ ἐπιστήμῃ, *progreſſum facere in litteris*. Et ἐπιδῶναι, *creſcere, proficere*.

ἰχθῦν] ὁ ἰχθὺς, vel ἰχθῦς, *piſcis*, τῆ ἰχθύος. Accuſativus exit in ν, & aliquando etiam in α.

ὄφιν] accuſat. ſecundæ contract. ὁ ὄφις, *ſerpens*, τοῦ ὄφιος.

πονηροὶ] ὁ πονηρὸς, *malus, improbus, pravus*, ἡ πονηρὰ, τὸ πονηρὸν. ἡ πονηρία, *malitia*.

οἴδατε] præter. med. plur. num. οἶδα, οἶδας, οἶδε, ab εἴδω, *ſcio*. Mutatur ει in οι.

δόματα] τὸ δόμα, *donum*. τὸ δῶμα, *domus*.

διδόναι] infin. præſ. a δίδωμι, *do*.

τέκνοις] τὸ τέκνον, *proles, ſoboles*.

ὁ πατὴρ] *pater*, τοῦ πατέρος, quintæ ſimpl. In quibus caſibus ſubeat ſyncopen conſule Inſtitutiones.

οὐράνιος] ὁ ϰῆ ἡ. ὁ οὐρανὸς, *cælum*.

δώσει] fut. act. a δίδωμι, *do*.

πνεῦμα] τὸ, *ſpiritus*, a πνέω, πνεύσω, *ſpiro*, ut latinum *ſpiritus* a *ſpiro*. ὁ πνευματικὸς, *ſpiritualis*.

Τοιούτοις μὲν λόγοις ϰαὶ τοιαύταις ἐλπίσιν ἐπὶ προσευχὴν παρεϰάλεσεν ἡμᾶς

ἡμᾶς ὁ τῶν ὅλων κύριος. ἡμᾶς δὲ προ-
σήκει τῷ Θεῷ πειθομένους ἀεὶ ζῆν ἐν
ὕμνοις καὶ προσευχαῖς, ἀκριβέστερον ἢ
τὴν Θείαν λατρείας ἐχομένους, ἢ τὰ ἑαυτῶν
ψυχῆς. οὕτω γὰρ ἡμῖν ὑπάρξει ζῆν
ἀεὶ τὰ πρέποντα ἀνθρώποις ζωήν.
ὅστις γὰρ ὁ προσεύχεται τῷ Θεῷ, καὶ δὲ
θείας ὁμιλίας ἀπολαύειν ἐπιθυμεῖ
σωφρόνως, νεκρός ἐστι καὶ ἄψυχος, καὶ ὁ
μετέχει τοῦ φρονεῖν. αὐτὸ γὰρ τοῦτο μέ-
γιστον ἀφροσύνης σημεῖον, τὸ μὴ ἐπί-
στασθαι τὸ μέγεθος τὰ τιμῆς, μηδὲ ἐρᾶν
προσευχῆς, μηδὲ θάνατον ἡγεῖσθαι ψυ-
χῆς τὸ μὴ προσκαρτεῖν τῷ Θεῷ.

Talibus ſermonibus & ejuſmodi ſpebus ad orationem cohortatus eſt nos univerſorum Dominus. Nos vero convenit Deo obtemperantes ſemper vivere in hymnis & orationibus, intenſius Dei cultui adhærentes, quam propriæ animæ. Sic enim nobis licuerit vivere ſemper competentem hominibus

vitam. Qui enim Deum non orat, neque divinæ converſationis perfrui concupiſcit indeſinenter, mortuus & exanimis (eſt) & non participat(τὸ) ſapere. Hoc enim ipſum maximum imprudentiæ ſignum eſt, neſcire magnitudinem honoris, neque amare orationem, neque mortem putare animæ non adorare Deum.

Hujuſmodi verbis tantarum rerum ſpe oſtentanda univerſitatis Dominus ad precationem nos incitavit, quos dictis ejus audientes, nullum non tempus in eo collaudando orandoque conſumere, nec tam impenſe vitam quam venerationem Numinis amare & curare convenit. Sic fiet, uti ſemper, quemadmodum nobilitate noſtra dignum eſt, vivamus. Quiſquis enim precibus ambire Deum cunctatur, neque ſæpiſſime collocutionis ejus ſuavi-

vitatem expetit, is profecto mortuus & inanimus, & affectæ mentis dicendus eſt, quoniam iſthuc ipſum, ignorare ſcilicet honoris iſtius præcellentiam, neque ullum precationum ſanctarum ardorem concipere, neque exitium animæ reputare Deo vota non facere, ſtolliditatis certiſſimum videtur indicium.

ἐλπίσι] ad verbum: *ſpebus*, quo nomine uſus eſt latinus interpres Bibl. 2. lib. Mach. c. 7. ἡ ἐλπὶς, *ſpes*.

παρεκάλεσεν] aoriſt. 1. a παρακαλέω, *adhortor, excito*, item, *conſolor*, compoſit. a παρὰ & καλέω. Fut. καλήσω, vel καλέσω. ἡ παράκλησις, τῆς παρακλήσεως, *adhortatio, conſolatio*. παράκλητος, *paracletus, conſolator*.

τῷ ὅλων] ut τῷ ξύλων. τὸ ὅλον, *univerſum, ſumma rerum*. ὅλος, ὅλη, ὅλον, *totus*.

κύριος] ut ὁ λόγος. κυριεύω, *do-*

minor. ἡ κυριότης, *dominatio*. κυριακὸς, *dominicus*. σῶμα κυριακὸν, *corpus dominicum*.

πειθομένους] partic. præſ. temp. vocis & ſignificationis mediæ, a πείθομαι, *pareo, obtempero*. πείθω, *perſuadeo*. Fut. πείσω. Aor. 1. ἔπεισα. Præt. πέπεικα, paſſ. πέπεισμαι. Præt. med. πέποιθα.

ἀκριβέστερον] accipitur hic adverbialiter, alias nomen, ut *majus, minus*, apud Latinos, & eſt comparativi gradus. ὁ καὶ ἡ ἀκριβὴς, καὶ τὸ ἀκριβὲς, *accuratus*. ἀκριβέστερος, ἀκριβέστατος. ἡ ἀκρίβεια, *accuratio, diligentia*. ἀκριβῶς, *diligenter, accurate*. ἀκριβόω, *accuro, accuratus ſum*. Fut. ἀκριβώσω. Aor. 1. ἠκρίβωσα, ut δηλόω.

ἐχομένους] partic. præſ. temp. ab ἔχομαι, *habeor, poſſideor*. Hic idem eſt quod *hæreo, adhæreſco, conjunctus ſum*. Dicit enim D. Chryſo-

ſto-

ſtomus: *Cultui divino magis & tenacius adhærendum eſſe, quam propriæ animæ*. ἐπι ἐχόμενος τ χλαμύδος, *ſequere prehendens*, ſeu *tenens chlamydem*. ἐχομένως, *proxime, contigue, deinceps*. τ ἐχομένης ἐλεύσομαι, *ſequenti die veniam*. Regit genitivum.

ὑπάρξειε] tertia perſona ſing. aoriſti æolici ab ὑπάρχω, cujus variæ ſignificationes; ſignificat enim *ſum, initium rei do, primus facio aut dico*. ὑπάρχω ἀδικίας, apud Herodot. *injuriam incipio*. Compoſ. ex ὑπὸ & ἄρχω, *incipio*, quaſi dicas, *ſubincipio*. Aliquando uſurpatur impersonaliter, ὑπάρχει, *licet, contingit*, ut & hic, ὑπάρξειε, *licuerit*.

ὅσις] compoſ. ab ὅς & τὶς. ὅσις, ὅτις, ὅτι.

ἐπιθυμεῖ] tertia perſ. indicat. modi, ſing. num. ἐπιθυμέω, *deſidero*.

dero. Fut. ἐπιθυμήσω . ἡ ἐπιθυμία, *cupiditas, deſiderium*. ἐπιθυμητικὸς, *deſiderativus* .

νεκρὸς] ut ὁ λόγος, *mortuus* . ἐκ τῶν νεκρῶν, *a mortuis* .

ἄψυχος] ὁ ϗ ἡ, *inanimatus*, quaſi ἄνευ ψυχῆς, *ſine anima* .

μετέχει] tertia perſon. indic. modi a μετέχω, *particeps ſum*, compoſ. a μετὰ & ἔχω . ἡ μετοχὴ, *participium*, *participatio* . Regit genitivum . μετέχει τοῦ φρονεῖν, *particeps eſt prudentiæ*. Venit autem infinitivus ille a φρονέω, *ſapio*. φρονήσω, vel φρονέσω. πεφρόνηκα, paſs. πεφρόνημαι, (hinc τὸ φρόνημα, *prudentia*) πεφρόνησαι, (hinc ἡ φρόνησις, ἡ φρονήσεως, *prudentia*)

μέγιστον] ſuperl. a μέγας, μεγάλη, μέγα, *magnus* .

ἀφροσύνης] ἡ ἀφροσύνη, *imprudentia, ſtultitia* . ὁ ϗ ἡ ἄφρων, *imprudens, ſtultus*, cui opponitur, εὖ-

εὔφρων, εὔφρονος, *prudens*. εὐφροσύνη, *prudentia*. ἀφρονέω, *ſtulteſco*. εὐφρονέω, *prudens ſum*.

σημεῖον] ut τὸ ξύλον, *ſignum*. σημειόω, ut δηλόω, *ſigno*, *noto*. σημειώσω. Aor. 1. ἐσημείωσα.

ἐπίσασθαι] infinit. ab ἐπίσαμαι, *ſcio*, *cognoſco*.

ἐρᾶν] infin. ab ἐράω, *amo*, de quo ſupra.

ἡγεῖσθαι] infin. præſ. ab ἡγέομαι, *puto*, de quo ſupra.

προσκυνεῖν] infin. præſ. a προσκυνέω, ut φιλέω, *adoro*. Fut. προσκυνήσω. ἡ προσκύνησις, *adoratio*. Regit dativum.

ὥσπερ γὰρ, οἶμαι, τὸ σῶμα τοῦτο τὸ ἡμέτερον, ψυχῆς μὴ παρούσης, νεκρόν ἐστι, καὶ δυσώδες. οὕτω ψυχὴ μὴ κινοῦσα ἑαυτὴν εἰς προσευχὴν, νεκρά ἐστι, καὶ ἀθλία, καὶ δυσώδης. ἀλλὰ μὴν ὅτιγε θανάτου παντὸς πικρότερον ἡγεῖ-

σθαι

θαι προσήκει στερηθῆναι προσευχῆς, διδάσκει καλῶς ἡμᾶς Δανιὴλ ὁ μέγας προφήτης, μᾶλλον δ' ἐλόμενος ἀποθανεῖν, ἢ τρεῖς ἡμέρας μόνας στερηθῆναι προσευχῆς. ὁ γὰρ ἀσεβῆσαι τῷ περσῶν βασιλεῖ, ἀλλὰ τρεῖς ἡμέρας μόνον σκοπούμενος εὑρεῖν. ἄνευ γὰρ τῆς θείας ῥοπῆς οὐκ ἄν τι τῶν ἀγαθῶν εἰς τὰς ἡμετέρας ἔλθοι ψυχάς. Θεοῦ δὲ ῥοπὴ σωφάπτεται τῶν πόνων ἡμῖν, καὶ τύπους ἐπιγράφει καλῶς, ἂν ἴδῃ προσευχὴν ἀγαπῶντας καὶ σωεχῶς τὸν Θεὸν δεομένους, καὶ πάντα ἐκεῖθεν τὰ ἀγαθὰ καταβήσεσθαι προσδοκῶντας.

Quemadmodum enim, puto, corpus hoc noſtrum, anima non præſente, mortuum eſt, & fœtidum; ſic anima non movens ſeipſam ad orationem, mortua eſt, & miſera, & olida. Cæterum quod omni morte acerbius exiſtimare, conveniat privari oratione, docet pul-

pulchre nos Daniel magnus Propheta, magis eligens mori, quam tres dies ſolos oratione privari. Non enim impium eſſe huic mandavit Perſarum Rex, ſed tres dies ſolum volens invenire. Sine enim divina inclinatione nihil bonorum in noſtras venerit animas. Dei vero inclinatio conjungitur cum laboribus noſtris, & hos ſublevat pulchre, ſi viderit orationem diligentes, & aſſidue Deum precantes, & omnia inde bona deſcenſura exſpectantes.

Sane ſicut corpus hoc noſtrum diſceſſu animi facto, omni ſenſu orbatum cum intolerabili odoris fœditate jacet: ſimiliter anima, ſi ſemetipſa ad orandum non exſúſcitet, ærumnoſa, mortua, fœtida reperitur. Cæterum quovis genere necis amarius interpretari oportere interdictum precationis, magnus

ille

ille vates Daniel pulchre docuit, dum interfici maluit, quam non plus triduum orandi potestate spoliari. Non enim hunc nefarium aliquid designare Persarum Rex jubebat, sed tres tantummodo dies invenire nitebatur, quibus nihil nisi ab se uno quisquam petere attentaret. Certe absque Dei erga nos inclinatione nulla pars boni cujuspiam ad animos nostros perventura est, quæ in laboribus opitulata nobis, eos superatos, faciles reddit, si precum studiosos, Deumque votis assidue fatigantes, indeque bona omnia delapsura confidentes invenerit.

οἶμαι] *puto, arbitror*, contractum ex οἴομαι. Fut.med. οἰήσομαι.

ψυχῆς μὴ παρούσης] gen. absolutus. *Anima non præsente.* παρῶν, παρόντος, *præsens*, παρῶσα, παρὸν, ἀ πάρειμι, *adsum*.

δυσῳδες] neut. ὁ ἡ δυσώδης, *uli-*

olidus, *fœtidus*, primæ contract. δυσωδία, *fœtor*. ὁ ἢ ἡ εὐωδὴς, ἢ τὸ εὐῶδες, *gratum halans odorem*. ἡ εὐωδία, *gratus odor*. εὔοδμος, ſeu εὔοσμος, *bene olens*. εὐοδμία & εὐοσμία, *gratus odor*. ὄζω, *oleo*.

κινέσα] partic. præſens a κινέω, ut φιλέω, *moveo*. κινήσω. κεκίνηκα. ἡ κίνησις, *motio*. κινητικὸς, *motivus*. κινητὸς, *mobilis*. εὐκίνητος, *facile mobilis*. ἀκίνητος, *immobilis*.

ἀθλία] ὁ ἄθλιος, *miſer*. ἡ ἀθλία, *miſera*. ἀθλίως, *miſere*. ἡ ἀθλιότης, *miſeria*.

ἀλλὰ μὴν] *at vero*, *atqui*.

πικρότερον] compar. gradus. ὁ πικρὸς, *amarus*, ἡ πικρὰ, τὸ πικρὸν. ἡ πικρότης, *amarities*. πικρῶς, *acerbe*. πικραίνω & πικρόω, *amarum reddo*.

σερηθῆναι] aor. 1. paſſ. infin. modi a σερέομαι, *privor*. Act. σερέω, *privo*. σερήσω. ἐσέρεισα. ἐσέρηκα.

ἐστέρημαι, ἐστέρησαι, (hinc στέρησις, *privatio*) ἐστέρηται. Aor. 1. paſſ. ἐστερήθην. Fut. 1. στερηθήσομαι. Aor. 1. infin. στερηθῆναι, ut τυφθῆναι. Regit genitivum.

ἑλόμενος] aoriſt. 2. particip. verbi medii ab αἱρέω, ſeu αἱρέομαι, *eligo*. Aoriſt. 2. activ. εἷλον, quaſi ab ἕλω, & augetur per ει. Aor. 2. med. εἱλόμην. Aoriſt. 2. partic. ἑλόμενος, ἑλομένη, ἑλόμενον.

ἀποθανεῖν] aor. 2. infin. ab ἀποθνήσκω, *morior*, compoſ. ex ἀπὸ & θνήσκω, *morior*. Aor. 2. ἔθανον.

τρεῖς] plur. num. accuſ. Neutrum τρία.

ἡμέρας] ἡ ἡμέρα, *dies*. ἡμέριος, ἡμερινὸς, *diurnus*.

μόνας] ὁ μόνος, *ſolus*, μόνη, μόνον. ἡ μονὰς, μονάδος, *unitas*.

ἀσεβῆσαι] aoriſt. 1. infin. ut φιλῆσαι, ab ἀσεβέω, *impius ſum*.

προσέταξεν] aor. 1. act. a προστάτ-

τάττω, *mando*, quartæ conjug. baryton. ex πρὸς & τάττω, *ordino*. Fut. προσάξω. Aor. 1. προσέταξα, Aor. 2. προσέταγον. Præter. perf. προστέταχα, paſſ. προστέταγμαι. Hinc πρόσταγμα, *madatum*, *juſſus*, *imperium*. ἡ πρόσταξις, idem. προστακτικὸς, *imperativus*.

περσῶν] gen. plur. primæ ſimp. ὁ πέρσης, *Perſa*. Vocat. ὦ πέρσα.

βασιλεὺς] *rex*. ἡ βασιλεία, *regnum*. ἡ βασίλεια, *regina*. βασίλισσα, idem. βασιλικὸς, *regalis*. βασιλεύω, *regno*.

σκοπούμενος] partic. præſ. ver. medii, a σκοπέω, *conſidero*, *circumſpicio*. σκοπήσω. ἐσκόπησα, primæ circumflex. Hinc illa Latinis uſitata, *ſcopus* & *Epiſcopus*, ab ἐπισκοπέω, *inſpicio*.

εὑρεῖν] aor. 2. infin. ab εὑρίσκω, *invenio*.

ἄνευ] adverb. *sine*, *absque*. Regit genitivum.

ῥοπῆς] ἡ ῥοπὴ, ut ἡ τιμὴ, *momentum*, *pondus*, *inclinatio*, a ῥέπω, *ſerpo*, primæ conjug. baryt. Præterit. med. ἔῤῥωπα. Hinc venit ῥοπὴ, quod proprie de inclinatione lancis dicitur, & poſtea per metaphoram ad alia quoque transfertur.

ἔλθοι] optat. modi, aor. 1. ἔλθοιμι, ἔλθοις, ἔλθοι, ab ἔρχομαι, *venio*, quod ſua tempora ſumit ab ἐλεύθω.

συνεφάπτεται] compoſ. a σὺν & ἐπὶ & ἅπτομαι, de quo verbo ſuperius. Jungitur cum genitivo, quia eſt verbum tactus: quaſi dicat D. Chryſoſt. *Dei propenſio & benevolentia in nos ſimul nobiſcum labores contingit, & quodammodo contrectat.*

πόνων] genit. plur. ὁ πόνος, *labor*.

bor. πονέω, ut φιλέω, *laboro*. φιλόπονος, *amans laboris*. μισόπονος, *oſor laboris*.

ἐπικουφίζει] præſ. temp. indic. modi ab ἐπικουφίζω, *allevo*, *pondus minuo*, compoſ. ex ἐπὶ & κουφίζω, *levo*. ὁ κοῦφος, *levis*. ἡ κουφότης, *levitas*.

ἴδῃ] aor. ſecundus act. conjunct. modi, ab εἶδω, *video*. Aor. 2. ἔϊδον vel ἴδον. Conjunct. ἐὰν ἴδω, ἴδῃς, ἴδῃ.

ἀγαπῶντας] partic. ab ἀγαπάω, *amo*, ut τιμάω. Futur. ἀγαπήσω. Aor. 1. ἠγάπησα. ἡ ἀγάπη, *charitas*. ἀγαπητὸς, *amabilis*. Conſtruitur cum accuſativo.

δεομένους] particip. præſ. a δέομαι, *rogo*, *oro*, deponens. Futur. med. δεήσομαι. Regit genitivum. ἡ δέησις, *precatio*.

ἐκεῖθεν] adverb. a loco, *inde*, *illinc*.

καταβήσεσθαι] fut. 1. verbi medii, ut τύψεσθαι, a καταβαίνω, *descendo*, ex κατὰ & βαίνω, de quo jam supra, & in Grammat.

προσδοκῶντας] particip. præs. a προσδοκάω, *exspecto*, ut τιμάω. Futur. προσδοκήσω. ἡ προσδόκησις, *exspectatio*.

ὅτ' ἂν οὖν ἴδω τινὰ μὴ φιλοῦντα προσευχὴν, μηδὲ θερμὸν ἔρωτα ταύτης ἔχοντα καὶ σφοδρὸν, ἤδη μοι οὗτος δῆλός ἐστιν ὡς οὐδὲν γενναῖον ἐν τῇ ψυχῇ κέκτηται. ὅτ' ἂν δὲ ἴδω τινὰ τῆς τοῦ Θεοῦ λατρείας ἀκορέστως ἐχόμενον, καὶ τὸ μὴ προσεύχεσθαι συνεχῶς ἐν ταῖς μεγίσταις ἀριθμοῦντα ζημίαις, τεκμαίρομαι τὸν τοιοῦτον πάσις ἀρετῆς ἀσκητὴν εἶναι βέβαιον, καὶ τοῦ Θεοῦ ναὸν.

Quando igitur videro aliquem non amantem orationem, neque calidum amorem hujus habentem & vehementem, jam mihi talis ma-

manifeſtus eſt, quod nihil generoſum in anima poſſideat. Quando vero videro aliquem Dei ſervitio inſatiabiliter adhærentem, & non aſſidue orare in maximis numerantem pœnis, conjicio talem omnis virtutis exercitatorem eſſe ſtabilem, & Dei templum.

Quamobrem ſi quempiam eximia & ardenti precationis cupiditate nequaquam efferri, & ab ea alienum cernam, in hujus pectore nihil eſſe generoſum autumo. Rurſus quem inſatiabiliter mundi fabricatorem ac præſidem precibus venerantem, eaſque ſine intermiſſione non fundere in graviſſimis pœnis habentem animadverto, hunc conſtantem virtutum ſatellitem, ac Dei templum eſſe, conjecturam facio.

φιλοῦντα] particip. præſ. temp. a φιλέω, *amo*. Regit accuſativum.

θερ-

θερμὸν] ut τὸν λόγον. ὁ θερμὸς, ἡ θερμὴ, τὸ θερμὸν, *calidus*. ἡ θερμότης, τὸ θερμότητος, *calor*, *caliditas*. θερμαίνω, *calefacio*, quintæ conjug.

ἔροτα] accuſ. quintæ ſimp. ὁ ἔρως, *amor*, τῦ ἔρωτος.

σφοδρὸν] ὁ σφοδρὸς, ἡ σφοδρὰ, τὸ σφοδρὸν, *vehemens*. ἡ σφοδρότης, *vehementia*. σφόδρα, *valde*, *vehementer*.

ὁ δῆλος] *manifeſtus*, ἡ δήλη, τὸ δῆλον, a δηλόω, *manifeſto*. ἡ δήλωσις, *manifeſtatio*.

ὐδὲν] neutrum. ὐδεὶς, *nullus*, ὐδεμία, ὐδὲν.

γενναῖον] ὁ γενναῖος, *generoſus*. ἡ γενναιότης, *generoſitas*.

κέκτηται] tertia perſon. præter. perf. a κτάομαι, *poſſideo*. Fut. med. κτήσομαι. Præter. perf. κέκτημαι, & aliquando ἔκτημαι, unde τὸ κτῆμα, *poſſeſſio* ſeu *res poſſeſſa*. ἡ κτῆσις, *poſſeſſio*.

ἀκο-

ἀκορέσως] *insatiabiliter*, adverb. Verbum est, κορέω, *satio*. Futur. κορέσω & κορήσω. Hinc κόρος, *satietas*. κόρος ἁπάντων, *omnium rerum est satietas*. κορεσὸς, *satiabilis*. ἀκόρεσος, *insatiabilis*, & adverb. ἀκορέσως.

ἀριθμῶντα] partic. præs. temp. ab ἀριθμέω, *numero*. ἀριθμήσω. ἠρίθμηκα. ὁ ἀριθμὸς, *numerus*. ἀριθμητικὸς, *arithmeticus*. ἀριθμητικὴ, *arithmetica*, *ars numerandi*. καταριθμέω, *numero*, *recenseo*. ἀρίθμησις, *numeratio*. καταρίθμησις, *enumeratio*.

τεκμαίρομαι] *conjicio*, *prædico*, *denuncio*, *conjecturam capio*. Idem, τεκμαίρω. τὸ τεκμήριον, *signum*, *indicium*, *argumentum*.

ἀσκητὰ] ὁ ἀσκητὴς, *exercitator*, primæ simpl. ab ἀσκέω, *exerceo*. ἀσκέομαι, *exerceor*. ἀσκήσω. ἤσκησα. ἤσκηκα. ἤσκημαι, ἤσκησαι, (hinc ἡ ἄσ-

ἡ ἄσκησις.) ἤσκηται. (Hinc ἀσκητὴς, ἀσκήτρια, *ascetria*, *monialis*.) ἀσκητικὸς, *exercitatorius*. ἀσκητήριον, *domus ubi Ascetæ habitant*, quasi dicas, *exercitatorium*.

βέβαιον] ὁ βέβαιος, *stabilis*, ἡ βεβαία, τὸ βέβαιον. βεβαιόω, ut δηλόω, *stabilio*. ἡ βεβαίωσις, *stabilimentum*, *confirmatio*. ἡ βεβαιότης, *stabilitas*, *firmitas*, item *constantia*.

ναὸν] ut τὸν λόγον. ὁ ναὸς, *templum*. Attice νεώς.

Εἰ γὰρ σολισμὸς ἀνδρὸς, καὶ βῆμα ποδὸς, καὶ γέλως ὀδόντων ἀναγγέλλει τὰ περὶ αὐτῶν, κατὰ τὸν σοφὸν Σολομῶντα, πολλῷ μᾶλλον εὐχὴ καὶ λαξεία Θεοῦ, σημεῖόν ἐστι δικαιοσύνης ἁπάσης, σολή τις ἅσα πνευματικὴ καὶ θεία, πολλὴν εὐμορφίαν καὶ κάλλος παρέχουσα τοῖς ἡμετέραις διανοίαις, τὸν ἑκάστου ῥυθμίζουσα βίον, καὶ ἐῶσα φαῦλον οὐδένα, οὐδὲ ἄπορον τῆς διανοίας κρατεῖν, αἰδεῖ-

σθαι

θαι πείθουσα τὸν Θεὸν, καὶ τιμὴν, πᾶσαν τῷ πονηρῷ γοητείαν ἀποπέμπεσθαι παιδεύουσα, τὰς αἰσχρὰς καὶ ἀπόπους ἐξελαύνουσα λογισμὰς, ἐν ὑπεροψίᾳ τῆς ἡδονῆς καθιστῶσα τὴν ἑκάστου ψυχὴν. αὕτη γὰρ ἡ ὑπερηφανία μόνη πρέπει τοῖς τὸν χριστὸν σεβομένοις, τὸ μηδενὶ δουλεύειν αἰσχρῷ, ἀλλὰ τρεῖν ἐν ἐλευθερίᾳ τὴν ψυχὴν, καὶ βίῳ κεκαθαρμένῳ. ὅτι μὲν οὖν παντελῶς ἀμήχανον ἄνευ προσευχῆς ἀρετῇ συζῆν, καὶ μὴ ταύτης, πορεύεσθαι τὸν βίον, οἶμαι δῆλον ἅπασιν εἶναι.

Si enim veſtis viri, & greſſus pedis, & riſus dentium, nunciat quæ illius ſecundum ſapientem Salomonem, multo magis oratio & cultus Dei ſignum eſt juſtitiæ omnis, veſtis quædam exiſtens ſpiritualis & divina, multam venuſtatem & pulchritudinem præbens noſtris mentibus, uniuſcujuſque conformans vitam, non ſinens vi-

tam

tam nihili, & abſurdam occupare animam, revereri perſuadens Deum, & qui ab ipſo honorem; omnem mali incantationem ablegare docens, turpes & abſurdas expellens cogitationes, in contemptu voluptatis conſtituens, uniuſcujuſque animum. Hæc enim ſuperbia ſola competit Chriſtum colentibus, nulli ſervire turpi, ſed ſervare in libertate animam, & vita mundata. Quod igitur omnino impoſſibile (ſit) ſine oratione virtuti convivere, & cum hac pertranſire vitam, puto clarum omnibus eſſe.

Nam ſi veſtitus hominis, & pedum inceſſus, & riſus dentium annunciant de eo, ut verbum Salomonis eſt, longe magis oratio, cultuſque rerum omnium dominatori adhibitus, omnis juſtitiæ monumentum, ſpiritualiſque & divina quæ-

quædam ſtola erit, multa elegantia & pulchritudine mentes humanas cohoneſtans, vitam & mores uniuſcujuſque concinnans: nec perverſum aut abſurdum aliquid animis imperitare permittens; Deum revereri, honoremque ab eo profectum magni pendere ſuadens; quaſcumque maligni præſtigias averſari docens; turpes & ineptas cogitationes effugans, ſingulorumque mentes ad voluptatis deſpicientiam inducens. Sola enim hæc ſuperbia Chriſtianos decet, nulli ſubjectum eſſe turpitudini, ſed mentem retinere liberam & labis immunem. Ergo citra orationis adminiculum ex virtute ætatem degere, eaque comite vivendi ſpatia emetiri penitus poſſe neminem, ſatis liquere opinor.

σολισμὸς] ὁ veſtis, veſtimentum, ἀ σολίζω, induo, veſtio. τὸ σόλισμα, ve-

veſtimentum. ὁ στολιστὴς, *veſtiarius, qui ſtolas & alias veſtes conficit*.

ἀνδρὸς] ὁ ἀνὴρ, *vir*, ἀνέρος, ἀνδρός. ἀνδρώδης, *virilis*, *magnanimus*. ὁ ἀνδροφόνος, *homicida*. ἡ ἀνδροφονία, *homicidium*. ἡ ἀνδρεία, *fortitudo*. ἀνδρείως, ἀνδρικῶς, *viriliter*. ἀνδρίζομαι, *virilem ætatem ingredior, vir fio*.

βῆμα] τὸ, τοῦ βήματος, hic ſignificat *greſſum, inceſſum*. βαίνω, *vado*.

γέλως] ὁ, τοῦ γέλωτος, *riſus*, & τοῦ γέλω, per quartam ſimplic. γελάω, *rideo*, ſecundæ contract. γελωτοποιὸς, *artifex riſus*. γελοῖος, *ridiculus*.

ὀδόντων] ὁ ὀδὼς, *dens*.

ἀναγγέλλει] tertia perſona ſing. num. ab ἀναγγέλλω, *annuntio*, compoſ. ex ἀνὰ & ἀγγέλλω, de quo ſupra.

σοφὸν] ὁ σοφὸς, *ſapiens*. ἡ σοφία, *ſa-*

ſapientia. ἡ φιλοσοφία, *ſtudium ſapientiæ*. φιλοσοφέω, *ſapientiæ ſtudeo*.

Σολομῶντα] ut ξενοφῶντα. ὁ Σολομὼν, *Salomon*.

ϛολήτις] accentus erectus in priore dictione ob ſequentem encliticam. ἡ ϛολὴ, ὁ ϛολῆς, *ſtola, veſtis*.

εὐμορφίαν] ἡ εὐμορφία, *venuſtas*. ὁ ϰὴ ἡ εὔμορφος, *venuſtus*. Oppoſita ſunt, ἀμορφία, *turpitudo*, & ἄμορφος, *turpis*. μορφὴ, *forma, ſpecies*. μορφόω, *formo, figuro*.

ϰάλλος] τὸ, τοῦ ϰάλλεος, *pulchritudo*, primæ contract.

ῥυθμίζϐσα] particip. præſ. temp. a ῥυθμίζω, *ad numeros aptos redigo*, hic *compono, conformo, effingo*. ὁ ῥυθμὸς, *rhythmus, concinnitas*. ῥυθμικὸς, *rhythmicus*.

ἐῶσα] particip. præſ. temp. ab ἐάω, *ſino*, ut τιμάω. Futur. ἐάσω. Imperf. ἔαον, ἔων, *ſinebam*, augetur enim per ει.

φαῦλον] ὁ φαῦλος, *nauci*, *nihili*. ἄνθρωπος φαῦλος, *homo nullius momenti*. ἡ φαυλότης, *vilitas*. ἄτοπος, ὁ ϗ ἡ, *abſurdus*, τὸ ἄτοπον.

αἰδεῖσθαι] infinit. præſen. temp. ab αἰδέομαι, *revereor*. Futur. med. αἰδήσομαι, & αἰδέσομαι. ὁ ϗ ἡ αἰδέσιμος, *reverendus*.

πείθουσα] particip. præſen. temp. a πείθω, *perſuadeo*, tertiæ conjug. baryt. de quo ſupra.

γοητείαν] ἡ γοητεία, *incantatio*, *faſcinatio*. ὁ γόης, *impoſtor*, *magus*. γοητεύω, *incanto*.

ἀποπέμπεσθαι] infin. præſens ab ἀποπέμπομαι, ſeu ἀποπέμπω, *ablego*, *dimitto abs me*. Componitur ex ἀπὸ & πέμπω, *mitto*, primæ conjug. baryt. Futur. πέμψω, ἀποπέμψω. Præter. med. πέπομπα. Hinc πομπή, *pompa*, & ὁ πομπὸς, *qui aliquem deducit*.

παιδεύουσα] particip. præſ. temp.

a παι-

a παιδεύω, ſextæ baryt. παιδεύσω. ἐπαίδευσα. ὁ ἢ ἡ ἐυπαίδευτος, *doctus*. ὁ ἢ ἡ ἀπαίδευτος, *indoctus*.

αἰχρὸς] ὁ αἰχρὸς, *turpis*. Compar. αἰχίων. Superlat. αἴχιστος.

ἐξελαύνουσα] partic. præſ. temp. ab ἐξελαύνω, *ejicio*, *extermino*, compoſ. ex præpoſit. ἐξ, & ἐλαύνω, *agito*, *pello*, quod ſua tempora ſumit ab ἐλάω. Futur. ἐλάσω. Aor. 1. ἤλασα.

λογισμὸς] ὁ λογισμὸς, *cogitatio*, a λογίζομαι, *cogito*, *ratiocinor*. Præterit. perf. λελόγισμαι, λελόγισαι, λελόγισαι. ὁ λογιστὴς, *ratiocinator*. λογιστικὸς, *ratiocinalis*.

ὑπεροψία] dativus ſecundæ ſimplic. ἡ ὑπεροψία, *ſuperbia*, *contemptus*, *deſpicientia*, ab ὑπερόπτομαι, *contemno*, *deſpicio*, ad verbum: *ſupervideo*.

ἡδονῆς] ἡ ἡδονὴ *voluptas*. τὸ ἧδος, *idem*, apud Poetas. ἥδομαι, *delector*.

καθιςῶσα] particip. præſ. a καθιςάω, *conſtituo*, idem enim ſignificat quod καθίςημι.

ὑπερηφανίᾳ] *ſuperbia*, ſecundæ ſimpl. ὑπερηφάνεια, idem. ὑπερήφανος, ὁ καὶ ἡ, *ſuperbus*. ὑπερηφάνως, *ſuperbe*. ὑπερηφανέω, *deſpicio*, *ſperno*.

σεβομένοις] particip. præſ. verbi medii, a σέβομαι, *colo*. Activum σέβω, nec conjugatur ultra imperfectum.

δουλεύειν] *ſervire*, infinit. a δουλεύω, *ſervio*, ſextæ baryt. ὁ δοῦλος, *ſervus*. ἡ δούλη, *ſerva*. δουλεία, *ſervitus*.

τηρεῖν] infin. præſens a τηρέω, *ſervo*. Fut. τηρήσω. ἐτήρησα. τετήρηκα. συντηρέω, *conſervo*, primæ conjug. circumflexorum.

ἐλευθερίᾳ] ἡ ἐλευθερία, *libertas*. ὁ ἐλεύθερος καὶ ἐλευθέριος, *liber*. ἐλευθερόω, *libero*.

κα-

κεκαθαρμένῳ] dat. particip. præter. temp. paſſ. a καθαίρω, *mundo*, *purgo*. καθαίρομαι, *mundor*. Fut. καθαρῶ. Præt. act. κεκάθαρκα, paſſ. κεκάθαρμαι. Partic. perf. κεκαθαρμένος, *purgatus*, *mundatus*.

παντελῶς] adverb. *omnino*, *perfecte*.

πορεύεσθαι] infin. præſens a πορεύομαι, *vado*. Futur. πορεύσομαι. Aor. 1. ἐπορεύθην, *ivi*.

Πῶς γὰρ ἄν τις ἀρετὴν ἀσκήσειε, μὴ προσευχὴν καὶ προσπάθειαν συνεχῶς τῷ θεῷ χορηγῶ καὶ δοπεῖ; πῶς δ' ἄν τις ἐπιθυμήσειεν εἶναι σώφρων καὶ δίκαιος, μὴ ὁμιλῶν ἡδέως τῷ ταῦτά τε καὶ πλείω τούτων ἅπασιν παρ' ἡμῶν; βέλομαι δὲ ἐπιδεῖξαι διὰ βραχέων, ὅτι καὶν ἁμαρτημάτων γέμοντας αἱ προσευχαὶ λάβωσιν ἡμᾶς, ταχέως ἀποκαθαίρουσι. καὶ τοι τί μεῖζον γένοιτ' ἂν προσευχῆς, ἢ θειότερον, ὅτ' ἂν ἀλεξιφάρμα-

μαχὸν φανῇ τι ἴσα τοῖς τὰς ψυχὰς νοσοῦσι;

Quomodo enim quis virtutem exercuerit, non accedens, & accidens indefinenter hujus largitori & datori? Quomodo vero quis cupiverit esse temperans & justus, non conversans suaviter ei, qui hæc & plura horum flagitat a nobis? Volo autem ostendere paucis, quod etiamsi peccatorum repletos orationes nos deprehenderint, cito mundent. Atqui quid majus sit oratione vel divinius, quando medicamentum quoddam videtur existens animis ægrotantibus?

Quo enim pacto virtutem exercuerit, qui ad subministratorem ac largitorem ejus creberrime non adit, neque in genua coram eo provolvitur? Cur temperans & justus esse desideret, qui cum eo, a quo & hæc & plura a nobis postulantur, non

non libenter agit? Complacitum porro eſt, breviter oſtendere, tantam ineſſe in oratione efficacitatem, ut quanquam nos ſceleribus coopertos acceperit, confeſtim perpurget. Quid, obſecro, majus aut divinius oratione ſtatuemus, ſi eam adverſus animorum morbos ſalutiferam eſſe medicinam patuerit?

πῶς] *quomodo?* hic uſurpatur interrogative; alias infinitum eſt & encliticum.

ἀσκήσειεν] tertia perſona aoriſti æolici ab ἀσκέω, *exerceo*, de quo ſupra.

προσιὼν] partic. a πρόσειμι, *accedo*.

προσπίπτων] particip. præſen. a προσπίπτω, *accido, advolvor*, compoſ. ex præpoſ. πρὸς & πίπτω, *cado*. Fut. πεσοῦμαι. Conſtruitur cum dativo. ἡ πτῶσις, *caſus*. ἡ ἀντίπτωσις, *caſuum permutatio*.

χο-

χορηγῷ] ὁ χορηγὸς, proprie *dux & magiſter chori*, *choragus*, *qui chorum ducit*. Item, qui ornamenta ſacris choreis neceſſaria ſuis ſumtibus præbet, & generatim, quivis ſuppeditator & ſubminiſtrator; ita ut χορηγὸς idem ſit quod ὁ δοτὴρ, *dator*, τῦ δοτῆρος, a δίδωμι, *do*. Perf. paſſ. δέδομαι, δέδοσαι, δέδοται. Hinc δοτήρ. χορηγέω, ut φιλέω, *chorum duco*, item, *ſubminiſtro*, *ſuppedito*.

ἐπιθυμήσειεν] aor. æolicus ab ἐπιθυμέω, *deſidero*.

ὁμιλῶν] partic. præſ. ab ὁμιλέω, de quo prius.

ἡδέως] adverb. *ſuaviter*. ὁ ἡδὺς, *ſuavis*, ἡδεῖα, ἡδὺ. ἥδομαι, *delector*.

πλείω] plur. num. gen. neutr. τὰ πλείονα, πλείοα, πλείω, ſingul. πλεῖον. Et eſt comparat. gradus, ὁ πολὺς, τὸ πολὺ. Compar. ὁ πλείων, τῦ πλείονος. Superlat. πλεῖστος, τὸ πλεῖστον.

ἁπαν-

ἀπαιτοῦντι] partic. præſ. ab ἀπαιτέω, *deposco*, *efflagito*, compoſ. ex ἀπὸ & αἰτέω, de quo ſupra.

βέλομαι] *volo*, verbum deponens. Futur. med. βουλήσομαι. Aor. 1. paſſ. ἐβουλήθην, *volui*.

ἐπιδεῖξαι] aor. 1. infin. ab ἐπιδείκνυμι, *oſtendo*, compoſ. ab ἐπὶ & δείκνυμι.

διὰ βραχέων] *paucis*, *breviter*. ὁ βραχὺς, τοῦ βραχέος, *brevis*, ἡ βραχεῖα, τὸ βραχύ.

κἂν] pro καὶ ἐὰν, *etiamſi*.

ἁμαρτημάτων] genit. plur. quintæ ſimpl. τὸ ἁμάρτημα, *peccatum*, ab ἁμαρτάνω, *pecco*. ἁμαρτήσω. ἡ ἁμαρτία, *peccatum*. ὁ ἁμαρτωλὸς, *peccator*.

γέμοντας] partic. præſens a γέμω, *plenus ſum*, *redundo*. Regit genitivum, quippe verbum implendi.

λάβωσι] tertia perſona aoriſt. 2. con-

conjunct. mod. plur. num. a λαμβάνω, *accipio*. Aoriſt. 2. ἔλαβον. Aor. 2. conjunct. ἐὰν λάβω.

ἀποκαθαίρωσι] tertia perſ. plur. num. indic. modi, ab ἀποκαθαίρω, *mundo*, *expurgo*, compoſ. ex ἀπὸ & καθαίρω, *purgo*, *mundo*.

γένοιτ' ἄν] *fuerit*, aor. 2. optativ. modi, γενοίμην, γένοιο, γένοιτο, a γίνομαι, ſeu γίγνομαι.

ἀλεξιφάρμακον] ut τὸ ξύλον, *remedium adverſus pharmacum ſeu venenum*, *amuletum*, compoſ. a verbo ἀλέξω ſeu ἀλεξέω, *arceo*, *depello*, *propulſo*, item *auxilior*, & a nomine φάρμακον. ὁ καὶ ἡ ἀλεξίκακος, *depulſor mali vel malorum*. ἡ ἀλεξικακία, *malorum depulſio*.

φανῇ] conjunct. modi, paſſ. aoriſt. 2. a φαίνω, de quo jam ſuperius. ἐὰν φανῶ, φανῇς, φανῇ.

νοσοῦσι] dat. plural. partic. præſ. temp. a νοσέω, *ægroto*. νοσήσω.

par-

Partic. ὁ νοσέων, τῦ νοσέοντος, νοσῦντος. Dat. plur. τοῖς νοσέυσι, νοσῦσι.

Οὐκῦν πρῶτοι νινευῖται φαίνονται διὰ προσευχῆς ἀναλυσάμενοι τὰς πολλὰς πρὸς θεὸν ἁμαρτίας. ἅμα τε γὰρ ἔλαβεν αὐτὰς ἡ προσευχὴ, καὶ δικαίυς ἐποίησε, καὶ πόλιν εἰθισμέ!ην ἀκολασίᾳ καὶ πονηρίᾳ καὶ παρανόμῳ βίῳ συζῆν, ἐπανώρθωσεν ὀξέως, παλαιᾶς σωφροσύνης μεῖζον ἰσχύσασα, τῇ ὑρανίων νόμων πλήρη πεποιημυῖα τὴν πόλιν, συνεφελκομένη μεθ' ἑαυτῆς καὶ σωφροσύνην, καὶ φιλανθρωπί!ν, καὶ πραότητα, καὶ πρόνοιαν πτωχῶν. ὁ γὰρ ἀνέχεται χωρὶς τῦτων ἐνδιαιτᾶσθαι πτωχοῖς, ἀλλ' εἰς ἣν ἂν οἰκήσῃ διάνοιαν, πλήρη ποιεῖ δικαιοσύνης πάσης, παιδοτριβῦσα πρὸς ἀρετὴν, καὶ κακίαν ἐξορίζυσα. καὶ δὴ καὶ τότε εἴ τις εἰσῆλθεν εἰς νινευῆ τὴν πόλιν, καὶ πρότερον αὐτὴν ἀκριβῶς ἐπισάμενος, ὁπ ἂν ἐπέγνω τὴν πόλιν. οὕτως ἐξαίφ-

νης ἀπὸ τῦ φαυλοτέρυ βίυ πρὸς εὐσέβειαν μετεπήδησεν.

Igitur primi Ninivitæ videntur per orationem ſolviſſe multa contra Deum peccata. Simul enim cepit illos oratio, & juſtos fecit, & civitatem aſſuetam intemperantiæ, & malitiæ, & vitæ iniquæ convivere, correxit ſtatim, veteri conſuetudine plus potens, cœleſtium legum plenam faciens civitatem, trahens ſecum & temperantiam, & humanitatem, & manſuetudinem, & curam mendicorum: non enim ſuſtinet ſine iſtis converſari pauperibus, ſed in quamcunque mentem venerit, eam plenam facit juſtitiæ omnis, inſtruens ad virtutem, & malitiam exterminans. Atqui & tunc ſi quis intraſſet in Ninive civitatem, & prius ipſam accurate cognoſcens, non agnoviſſet civitatem. Sic derepente

te a via deteriore ad pietatem tranſiliit.

Primum itaque Ninivitas compluribus in Deum flagitioſe ac ſcelerate commiſſis, orationis beneficio expiatos omnes norunt. Simul quippe aditum ad eos obtinuit, & juſtos dedit eſſe, & civitatem libidini, improbitati, vitæ per effrenatam licentiam exigundæ aſſuefactam repente emendavit, & inveterata conſuetudine potentior, præceptis cæleſtibus eam implevit, ſecumque moderationem, humanitatem, manſuetudinem, ſollicitam mendicorum alendorum curam adportavit. Haud enim abſque his virtutibus apud inopes habitare ſuſtinet; verum quod pectus occupaverit, id omnis juſtitiæ compos ac refertum præſtat, pulſaque vitioſitate ad laudabiles actiones informat. Quod ſi quis etiam tum

Niniven ingreſſus eſſet, qui eam antea explorate noviſſet, quoniam tam ſubito ab impuritate ad religionem tranſierat, amplius, credo, non agnoviſſet.

πρῶτοι] ὁ πρῶτος, *primus*, ſuperlat. grad. πρωτεύω, *primus ſum.* τὰ πρωτεῖα, *primæ.*

ἀναλυσάμενοι] aor. 1. partic. ver. medii, ut τυψάμενοι, ab ἀναλύω, *diſſolvo, reſolvo*, ab ἀνὰ & λύω. λύτω, ἀναλύσω. ἔλυσα, ἀνέλυσα. λυσάμενος, ἀναλυσάμενος. ἡ λύσις, *ſolutio.* ἀνάλυσις, *reſolutio.*

ἅμα τε] *ſimul*, adverb. cum dictione enclitica τε.

εἰθισμένην] partic. paſſ. præter. temp. ab ἐθίζω, *aſſuefacio.* Imperf. εἴθιζον, augetur enim per ει. ἐθίζομαι, *aſſuefio.* Partic. perf. εἰθισμένος, εἰθισμένη, εἰθισμένον. κατὰ τὸ εἰθισμένον, *more ſolito.*

ἀκολασίᾳ] dat. ſecundæ ſimpl. ἡ ἀκο-

ἡ ἀκολασία, *intemperantia*. ἀκόλασος, *intemperans*, *incontinens*.

ἐπανώρθωσεν] aor. 1. indic. modi ab ἐπανορθόω, *corrigo*, ut δηλόω, Fut. ἐπανορθώσω. Componitur ex ἐπὶ, ἀνὰ & ὀρθόω. Imper. ἐπανώρθοον, ἐπανώρθων, & ἐπηνώρθων.

ὀξέως] adverb. *ſtatim*: alias, *acute*. ὁ ὀξὺς, *acutus*, ἡ ὀξεῖα, τὸ ὀξὺ, ὀξύνω, *acuo*.

παλαιᾶς] genit. ſecundæ ſimpl. ὁ παλαιὸς, *antiquus*. ἡ παλαιὰ, τὸ παλαιόν.

σωηθείας] gen. ſecundæ ſimpl. ἡ σωήθεια, *conſuetudo*, *familiaritas*. ὁ ϗ ἡ σωήθης, *conſuetus*, *familiaris*. σωήθως, *conſuete*, *pro more*, *familiariter*.

μεῖζον] *majus*, compar. grad. ὁ μέγας, μείζων, τὸ μεῖζον, μέγιστον.

ἰϗύσασα] partic. aor. 1. ab ἰϗύω, *poſſum*, *valeo*, ſextæ baryt. Futur. ἰϗύσω. Aor. 1. ἴϗυσα. Aor. 1. part.

ὁ ἰχύσας, ἡ ἰχύσασα. ἡ ἰχὺς, τῆς ἰχύος, *robur*, *vis*, *potentia*. ἰχυρὸς, *robuſtus*, *potens*. ἰχυρῶς, *robuſte*, *valide*. ἰχυρόω, *robuſtum facio*, *corroboro*.

πλήρη] accuſ. ſing. ab ὁ ἡ πλήρης, *plenus*, τῆ ἡ τὸ πλήρεος, πλήρους, primæ declin. contract. Regit genit. Eſt enim nomen copiæ. πληρόω, *impleo*, ut δηλόω. ἡ πλήρωσις, *impletio*. τὸ πλήρωμα, *complementum*.

πεποιηκυῖα] particip. perf. act. ὁ πεποιηκὼς, τῆ πεποιηκότος. ἡ πεποιηκυῖα, τὸ πεποιηκὸς ἀπὸ ποιέω, *facio*.

συνεφελκομένη] partic. præſ. temp. ἀ συνεφέλκομαι, *attraho*, componitur ex præpoſ. σὺν & ἐπὶ, cujus tenuis mutatur in aſpiratam, abjecto per apoſtrophum jota; & ἕλκω, ſeu ἑλκομαι, *traho*. Imperf. εἷλκον, augetur enim per ει.

μεθ' ἑαυτὴ] *ſecum*, abjicitur α præ-

præpoſitionis μετ, & τ mutatur in θ.

πτωχῶν] ὁ πτωχὸς, *mendicus*. ἡ πτωχεία, *mendicitas*. τὸ πτωχεῖον, *locus in quo mendici degunt & aluntur*. πτωχοδοχεῖον, *idem*. πτωχεύω, *mendico*.

ἀνέχεται] verb. med. præſent. temp. ab ἀνέχομαι, *ſuffero, tolero*. ἀνέχου καὶ ἀπέχου, *ſuſtine & abſtine*. ἀνέχω, *idem*. ἡ ἀνοχὴ, *tolerantia, patientia*, item *ceſſatio*. Hinc ἀνοχαὶ, *inducíæ*.

ἐνδιαιτᾶσθαι] infin. præſ ut τιμᾶσθαι, ab ἐνδιαιτάομαι, ſecundæ conjug. circumfl. *inhabito, converſor, vivere inter aliquos*, compoſ. ex ἐν & διαιτάομαι, *vitam dego*, cujus plura ſignificata, ut lexica oſtendent. Regit hic dativum, vi præpoſitionis ἐν, perinde enim eſt ἐνδιαιτάομαι πτωχοῖς, *atque* διαιτάομαι ἐν πτωχοῖς.

εἰκήσῃ] aor. 1. conjunct. modi ab

ab οἰκέω, *habito*. οἰκήσω, ᾤκησα. Aor. 1. conjunct. ἐὰν οἰκήσω, οἰκήσῃς, οἰκήσῃ.

ὁ οἶκος] *domus*. ἡ οἰκία, τὸ οἴκημα, *idem*. ὁ οἰκέτης, *famulus*.

παιδοτριβοῦσα] particip. præſ. a παιδοτριβέω, *inſtruo*, *erudio*. Fut. παιδοτριβήσω. Aor. 1. ἐπαιδοτρίβησα, nam compoſita a nominibus augentur in principio.

ἐξορίζουσα] particip. præſens ab ἐξορίζω, *extermino*, *ejicio*, componitur ab ἐξ & ὁρίζω, *finio*, *definio*, *determino*. ὁ ὁρισμὸς, *finitio*, *definitio*. ὅρισμα, *idem*. ὁριστικὸς, *finitivus*. ὁ ὁριστὴς, *finitor*, *menſor*. ὁ ὁρίζων, τοῦ ὁρίζοντος, *horizon*, *finitor*, *finiens*. ὁ ἐξορισμὸς, *expulſio*, *exterminatio*.

εἰσῆλθεν] aor. 2. act. ab εἰσέρχομαι, *ingredior*, ab εἰς & ἔρχομαι. Aor. 2. ἦλθον, εἰσῆλθον.

πρότερον] *prius*, hic adverb. alias no-

nomen, ὁ πρότερος, ἡ προτέρα, τὸ πρότερον, a præpoſ. πρὸ

ἐπισάμενος] partic. præſ. temp. ab ἐπίσαμαι, de quo in Grammat.

ἐπέγνω] tertia perſ. aoriſt. 2. ab ἐπιγιγνώσκω, *cognoſco*, quod ſumit ſua tempora a γνόω, a quo fit verbum in μι, γνῶμι, tertiæ conjug. verb. in μι. Aor. 2. ἔγνων, ἔγνως, ἔγνω. ἐπέγνων, ἐπέγνως, ἐπέγνω. ἡ γνῶσις, *cognitio*. γνωστὸς, *cognitus*, *notus*. ἄγνωστος, *ignotus*.

ἐξαίφνης] adverb. *derepente*.

φαυλοτέρα] ὁ φαῦλος, *vilis*, compar. ὁ φαυλότερος.

μετεπήδησεν] aor. 1. act. a μεταπηδάω, ex μετὰ & πηδάω. Futur. πηδήσω. Aor. 1. ἐπήδησα, μετεπήδησα, ſecundæ conjugat. circumfl. τὸ πήδημα, *ſaltus*, *ſaltatio*.

ὥσπερ γὰρ γυναῖκα πτωχὴν ῥᾴκια φέρουσαν, μετὰ ταῦτά τις χρυσοῖς ἱματίοις κε-

κεκοσμημένην ἰδὼν, οὐκ ἂν ἐπιγνοίη τὸ γύναιον. οὕτως ὁ τὴν πόλιν ἐκείνην εἰδὼς πτωχεύουσαν πρότερον, καὶ τῶν πνευματικῶν ἔρημον ὄντων θησαυρῶν, ἀγνόησεν ἂν ἄν τις εἴη πόλις, ἣν τοσοῦτον ἴσχυσεν εὐχὴ μεταβαλοῦσα, καὶ τρόπον, καὶ βίον πρὸς ἀρετὴν ἐπαναγαγεῖν. καὶ γυνὴ δέ τις ἐν ἀπολασίᾳ καὶ πορνείᾳ πάντα βεβιωκυῖα τὸν χρόνον, ἅμα τε προσέπεσε πρὸς τοὺς πόδας τοῦ Χριστοῦ, καὶ σωτηρίας ἔτυχεν. οὐ τοίνυν ἀποκαθαίρει μόνον ἁμαρτίας, ἀλλὰ καὶ κινδύνους ἀποκρούεται μεγάλους. ὁ γέ τοι βασιλεὺς ὁμοῦ τε καὶ προφήτης ὁ θαυμάσιος Δαυὶδ, τοὺς πολλοὺς καὶ χαλεποὺς πολέμους τῇ προσευχῇ διέφυγεν, τοῦτο μόνον τὸ ὅπλον τῆς στρατιᾶς προβαλλόμενος, καὶ παρέχων τοῖς ἑαυτοῦ στρατιώταις καθ' ἡσυχίαν καὶ ἄδειαν ἀπολαύειν τῆς νίκης.

Quemadmodum enim mulierem mendicam, centones ferentem, poſt hæc aliquis aureis veſtimentis ornatam videns, non agnoſce-

ſceret mulierculam; ſic & civitatem illam videns mendicantem prius, & ſpiritualium orbatam exiſtentem theſaurorum, ignoraſſet, quænam (eſſet) illa civitas, quam tantum potuit oratio tranſmutare, & mores & vitam ad virtutem adducere. Et fœmina quædam in intemperantia, & fornicatione omne vivens tempus, ſimulatque accidit ad pedes Chriſti, etiam ſalutem obtinuit. Non ſolum autem purgat peccata, ſed & pericula amovet magna; nam Rex ſimul & Propheta admirabilis David, multa & gravia bella oratione fugavit, hoc ſolum munimentum exercitui objiciens, & præbens ſuis militibus ſecundum quietem, & ſecuritatem frui victoria.

Ut ſi prius mendicam & pannoſam mulierculam, aureis poſtea veſtibus indutam aſpiceres, non agnoſce-

ſceres; eodem modo, ſi civitatem illam ante id temporis mendicitate jactatam, utpote ſpiritualibus gazis inopem, ſcivisſes, ignoraſſes deinde quænam illa urbs quam tantopere immutare precatio, & ad virtutem de cætero conſectandam revocare potuiſſet. Fœmina item in laſcivia, & ſtupris per omne tempus volutata, mox ut ad Chriſti pedes ſe abjecit, ſalutem eſt conſecuta. Nec tamen ſolum peccatorum ſordes eluunt preces, ſed ingentia quoque pericula propulſant. Admirabilis quidem David, idem Rex, idem Propheta, atrocibus & formidoloſis bellis hujus auxilio eſt liberatus, cum hæc ſola arma copiis ſuis prætenderet, & militibus ſecure quieſcentibus victoriæ fructum afferret.

γυναῖκα] accuſ. quintæ ſimpl. ἡ γυνὴ, τὸ γυναικὸς, γυναικεῖος, *muliebris.*

ῥάχ-

ῥάκια] ut τὰ ξύλα. τὸ ῥάκιον, *veſtis vilis & detrita*, *cento*. τὸ ῥάκος, τοῦ ῥάκεος, *idem*. ὁ ῥακόεις, *pannoſus*.

φέρσαν] particip. præſ. a φέρω.

χρυσοῖς] ut τοῖς λόγοις. ὁ χρύσεος, χρυσοῦς, *aureus*, ὁ χρυσὸς, τὸ χρυσίον, *aurum*. χρυσόω, *inauro*.

ἱματίοις] dat. plur. τὸ ἱμάτιον, *veſtimentum*.

κεκοσμημένην] particip. paſſ. præter. temp. a κοσμέομαι, *ornor*, *condecoror*. κοσμέω, *orno*. κοσμήσω, primæ conjugat. circumflex. ὁ κόσμος, *mundus*, *ornatus*. ὁ καὶ ἡ κόσμιος, *moderatus*, *modeſtus*.

ἰδὼν] partic. aor. 2. τοῦ ἰδόντος, ab εἶδω, de quo jam ſæpius.

